θ 525.

DIVI ALCIMI AVITI, ARCHIEPISCOPI VIENNENSIS, OPVSCVLA,

In compluribus Germaniæ Bibliothecis hactenus desiderata, & ad probatissimorum exemplarium, cumprimis verò ad vetustissimi codicis manuscripti fidem, correctiùs edita

E recensione

M. IOACHIMI ZEHNERI,
Ecclesiæ CHRISTI, quæ Schleusingæ est, Pastoris ac Superintendentis.

LIPSIÆ,
Michaël Lantzenberger excudebat.
Impensis THOMÆ SCHURERI, Bibliop.
ANNO
M. DC. IIII.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI,
AC DOMINO, Dn.

VVOLFGANGO VVILHELMO,

COMITI PALATINO AD RHENVM, DVCI BAVARIÆ, COMITI VELDENTIANO ET SPONHEIMENSI, &c.

Domino suo clementissimo.

QVemadmodum in omnibus alijs vitæ generibus: ita cumprimis in re literaria, Illustrissime Princeps ac Domine, Domine clementissime, nulla pestis dari potest pernicioſior, quàm φιλόκαινος ἀψιποεία, quæ ita perditè nouitatis auida est, ut paulò consuetiora, licet vixdum primoribus labris degustata, non sine arroganti nauseola & fastidio delicatissimo repellat. Hæc enim sola ferè in causſa est, cur vetustissimi ac probatissimi quique scriptores, paulatim vilescant, & tantum non penitus intercidant. Exemplo sit, (vt iam alia propè innumera tacitus præteream) Alcimus Auitus Archiepiscopus,

Viennæ, Allobrogum ciuitate, in Gallia Narbonenſi, ante annos M C IIII. piè defunctus. Eius ſcripta, cum ſuperiore ſeculo primùm in lucem prodirent, vbiq; locorum tanto omnium applauſu excipiebantur, vt intrà biennium geminata editione opus eſſet: nec deerant, qui hunc in ſcholas recipiendum, ac iuuentuti publicè explicandum ſuaderent, quòd ex omnibus primitiuæ Eccleſiæ doctoribus, quàm proximè ad Maronis venam acceſsiſſe videretur. Atqui feruidiſsimus ille Alcimi prouehendi ardor, ita breui temporis ſpacio deflagrauit, vt eius opuſcula hodie in Bibliothecis omnium celeberrimis nuſpiam compareant: alicubi etiam nudum Poëtę nomen, vt hactenus inauditum, planè ignoretur. Quod cum noſtro hoc æuo indignum, atque à pietate alienum animaduerterem: non committendum duxi, vt tam probatæ notæ autor diutiùs in tenebris deliteſceret, ſed quoad eius fieri poſſet, dandam cẽſui operam, vt quamprimùm priſtino ſuo nitori veluti poſtliminio reſtitutus, in apertam lucem rediret: præſertim cum mihi occaſio non aſpernanda diuinitus offerretur, vt omnes omnium temporum editiones intrà paucos menſes, quamuis non abſque labore, hinc inde conquirere, & ſingularum veſtigia paulò accuratiùs

ratiùs perſequi liceret. Harum prima & antiquiſsima erat Argentinenſis, Iohannis Adelphi Mülingi, qui exemplum manuſcriptum à Præceptore ſuo, viro tum temporis clariſsimo, Philippo Beroaldo Bononienſi acceptum, anno Chriſti M D VII. Grüningero imprimendum tradidit. Altera, Martini de VVerdena, quæ anno M D IX. Coloniæ prodijt. Tertia Lugdunenſis, quam Vincentius Portonarius, itemq; Melchior & Caſparus Trechſelij fratres, anno Chriſti M D XXXVI. in publicum emiſerunt: veruntamen ad Iohannis Gagneij Monachi Pariſienſis præſcriptum, qui (pro ſua, non tam in defunctos miſericordia, quàm temeritate atque impudentia) benè multa, præſertim in poſterioribus libris, ex ſuo ingenio commutauit, vnde tam inſignis lectionum diuerſitas orta eſt. Quarta, Baſilienſis, Menradi Molteri, M D XLVI. ab Oporino excuſa, ſed multis in locis mutila & mendoſa. Poſtrema, Georgij Fabricij, qui anno Chriſti M D LXII. Alcimi Auiti carmina cum veterum Poëtarum Eccleſiaſticorum ſcriptis coniunxit: quod interim vtraque Bibliotheca Pariſienſis imitata eſt, verùm opere tam ſumtuoſo, vt ex vniuerſo literatorum grege vix centeſimus quiſque illa ſibi comparare poſsit. Hiſce omnibus

in vnum locum coactis, & sedula collatione veluti ad trutinam appensis, accedebat codex manuscriptus, annis abhinc ducentis, (vt multi è collegis & amicis nôrunt) in membrana vetustissima, pulcerrimo literarum ductu exaratus: cuius beneficio quàm plurima expleui, & correxi, veruntamen vt lectiones discrepantes nusquam dissimulârim, sed ijs quoque fideliter assignatis, liberum iudicium censori candido reliquerim, vt Notæ ad finem cuiusque libri adiectæ, re ipsa testabuntur.

Porrò quantulumcunq; hunc meum laborem, post DEVM opt. max. Illustrissimæ Tuæ Celsitudini consecrare volui, quòd ante sesquiannum è clementissimis eius colloquijs in arce Schleusingensi habitis perspexerim, Tuam Celsitudinem de bonarum artium & linguarum studijs non tantùm honorificè sentire, verùm etiam (quæ Principum laus hodiè quantò rarior, eò illustrior existit) ijsdem ita gnauiter excultam esse, vt inter omnes alios Imperij proceres, qui puriorem Euangelij confessionem amplectuntur, de huiusmodi scriptis quàm rectissimè iudicare possit. Quod igitur in præsentia mearum præcipuè partium esse arbitror, ab Ill. T. C. submissè peto, ne ieiunam & intempestiuam hanc meam interpellationem

iniquo

iniquo animo ferat, sed Alcimi rediuiui patrocinium aduersus ἱερομάστιγας benignè suscipiat. Pro quo tam singularis clementiæ ac secundi fauoris argumento, gratitudinem perpetuam spondeo, Tuamq; Celsitudinem cum Illustrissimis parentibus, fratribus, adeoque consanguineis omnibus, supremi Numinis tutelæ, votis ac precibus quàm humilimis commendo. Dabam Schleusingæ, Anno salutis instauratæ M DC IIII. XII. Cal. Septembris, quo die noster hic Alcimus ante annos XCVII. primò omnium Argentinæ divulgatus, & Treuirorum Archiepiscopo, Dn. Iacobo, Electori, quippe Galliarum & regni Arelatensis Cancellario transmissus fuit.

Illustrissimæ Tuæ Celsitud.

subiectissimus

M. Ioachimus Zehner.

IN NOVAM ALCIMI EDITIONEM,

à Reuerendiſsimo & Clariſsimo Viro,
M. IOACHIMO ZEHNERO,
recens adornatam.

INclyta priſcorum ſapientum dicta libroſq́,
Ethnica quàm magni, tam pia turba facit.
Et meritò. Nec enim ſeclis ignota vetuſtis
Ad veri laudem, vel leue, pondus habent.
Tertull. Certius eſt ſic quodq́ prius: ſin diſtet ab illo
Poſterius quicquam, noueris eſſe nothum.
Sir. 8. 11. Diſcat ab ore ſenum, nondum ſat firma iuuentus,
Maiores vt & hi conſuluere ſuos.
Sic aptè, fuerit ſi reſpondere neceſſe,
Scitantis poteris tangere verba tuis.
Inclyta ſunt, olim quæ tradidit ALCIMVS iſte
Inter honorandos annumerandus avos.
Vnde patrum monitis parens, fert nomen Auiti,
Non defraudandus laude monentis avi.
Huius vt vtilitas noſcenda minoribus extet,
Dextera Zehneri non latitare ſinit:
Scrinia dum reſerans vatis depromit Auiti
Scripta ſacri, titulo ſorteq́ dignus aui.

Andreas Mergiletus ſenior,
P. L. Eccleſiæ Mylfeldenſis
Paſtor ſ.

Laude

LAude Maronis opus dignum est, famamq; me-
Perpetuam facili carmine Naso tener. (retur
Quamuis nîl aliud, quàm detestanda Cytheres
Furta, vel heroum fortia facta canant.
ALCIMVS at noster, diuinus nempe Poëta,
Nîl quod ad has nugas æquiparetur, habet:
Sed CHRISTI in laudes, cœlesti Numine motus,
Largiter assurgens ambitiosus adest.
Ergò dum CHRISTVM diuinis laudibus effert,
Laus etiam vati non peritura manet.
Huius nunc postliminiò quia, Nate, reducis
Carmina, chalcographi subijcienda typis:
Si qua Camœnarum viget usquam gratia, forsan
Et tua laus aliqua crescere parte potest.

Balthasar Zehnerus, parens,
Eccles. Iüchsensis Pastor.

THeologos inter gentiles Orphea iactant,
(Augustinus vt hoc asserit ipse Pater)
Quòd Vatum caput extiterit, Capitumq; corona,
Suauisonoq; truces traxerit ore feras.
ALCIME tu sacros inter Coryphæe Poëtas,
Flexanimi primas carmine iure tenes.
Carmine, quo grandem felix imitare Maronem,
Res sed Apostolicas Mosaicasq; canis.
In quibus examines animat vis enthea lectu,
Pectus in affectus cumq; stupore rapit.
Hinc tot amatores reperisti quolibet æuo,
Quos per, in orbe redux viuis vbiq; typis.

De Ciuit. Dei, libro 18. capite 14. & 24.

Qualis Adelphus erat quondam, Beroaldus, & Aldus,
Qualis Molterus, Fabriciusq; fuit.
Qualis & hic præsto est ZEHNERVS, *ô* ALCIME, *tecum*
Mysta bonus Phœbi, præco bonusq; DEI.
Dignus vt à maculis terſum te ſiſtat Auitis
Patritium Gallis, Theologumq; tuis.
Vnde diu per te, per eum victurus vt ipſe es,
Neutrius & famam mors abolebit edax.
Io VIVA iuua, plures longo Zehnerus vt æuo
Perſolvat decimas ore typisq; ſuas.

M. Iohannes Müllerus, Eccl.
Schleuſingenſis Archidiacon.

ALCIMVS in tenebris cũ ſecuta multa lateret,
Scombrisq; atq; opicis vermibus eſca foret:
Vidit & indoluit Zehnerus, & exuit atro
Squalore, inque recens tornat & ornat opus.
Qualis Ariſtotelis quondam acer Apellico vindex,
Scepſorum inuidiâ cum premeretur, erat:
Qualis & aſſertor diuini Hipparchus Homeri,
Quando recolligeret nobile vatis opus:
Vindicias tales vindex Zehnere parâſti:
Hinc te Mæonio carmine quiſq; canit:
Od. α. 301. Καί συ φίλος, μάλα γάρ σ' ὀρόω κραδίην τε μέγαν τε,
Exanimem vatem quando animare potes.
Ἀλκιμος εἰς, ἵνα τίς σε κὴ ὀφρύγονων σὺ ἔπῃ,
Alcimo vbi vitam reddis, & omne decus.

M. Iacobus Roſefeldus, P. L. f.

Αλκι-

Ἀλκιμος ἐσσ' ἴνα τις σε κλυ ὀφιγβρων οὐ ἐπαγη, Od.a.v.302

Musa canit vatis, Smyrna superba, tui.
Alcimus vt legit, fausto quem sidere natum
Allobragum nobis pulcra Vienna dedit:
Se ratus hoc vnum signari carmine, dici
Non tantùm voluit sic, sed & esse simul.
Quod probat egregiè, mundi seu semina prima,
Siue parum cauti crimina dicat Adæ:
Seu pia Fusciнæ scribat præcepta sorori,
Et de virgineo semine verba serat:
Seu Noæ quassam nimbis cœlestibus Arcam,
Vltricesq́ mali caniuet orbis aquas:
Seu Pharium mergat Busirin in æquore rubro,
Et Nilum plagis vexet agatq́ decem.
Sitq́ licet magno paulò minor ille Marone,
Grandisoni vena floridiore styli:
At rerum longè superat granitate bonarum,
Mincius &, Rhodano cur benè cedat, habet.
ALCIMVS hinc ergò per secla tot aspera viuax
A sera meruit posteritate cani.
Quem modò Zehnerus tibi, lector amice, lacunis
Exhibet expletis, codicis usus ope,
Codicis antiqui, nostris quem proxima terris
Terra manuscriptum promsit amica sinu.
Quo pia Fabricij caruit solertia, quondam
Edere cum versus vellet, Auite, tuos.
Nunc parili tecum Zehnerus honore vigebit,
Dum Rhodanus liquidas magnus habebit aquas.

Iohannes VVendelius Sulanus, ludi patrij Rector.

Ad

Ad Reverendum & Clariſsimum
Virum, Dn.

M. IOACHIMVM ZEHNERVM, &c.

edentem ALCIMVM AVITVM,
Poëtam pientiſsimum quidem & elegantiſsimum, ſed iniuria temporis obſcuriorem redditum,

jam verò

Singulari induſtriâ ab ipſo rurſus quaſi animatum, doctiſſimisq; Scholijs & notis expolitum, inq; vitam revocatum.

Magna fuit quondam condendis gratia libris,
Inq; ſuo precio docta luxura fuit.
Olim libriferæ valvæ tantùm illa gerebant,
Quæ fuerant doctâ condita ſcripta manu.
Tempore at has noſtro vel cuſtos quisq; ſacelli
Carminibusq; gravat, criminibusq; ſuis.
Interea intereunt, aut ſordent ſcripta virorum
Magnorum, ætatem conſcia ferre ſuam.
Nomine at hi vano digni, ſpolia arcta reportant,
Moxq; ſimul peſſum chartaq; & autor eunt.
Aſt hi laudantur, meritoq; feruntur ad aſtra,
Autores faciunt qui nova ſcripta novi.
Sed priùs haud edunt, niſi nonum ubi preſſa ſub annum,
Cenſuram genio ſuſtinuêre ſuo:

Quique

Quiq́ue ipſi docti doctûm monimenta re-
cudunt
Antiqua, & mendis exolüiſſe ſtudent.
Quam, ſi quemq́ alium, noſtrati tempore, laudem,
ZEHNERUM ante alios commeruiſſe liquet.
At quibus, & quantam rogitas? quantum inſtar in
ipſo eſt,
Edita jampridem tot monimenta probant.
Iam tria commemoro: Proverbia ſacra, ſacrasq́;
Parbolias, *vatem &, qui modò prela ſubit:*
ALCIMUS ingenio inſignis, pietateq́, docto
Iam per ZEHNERUM qui incipit ore legi.
Hos aliosq́ libros ZEHNERI pellege; vitæ
Mox genium dices eius ineſſe libris.
Hos aliosq́ libros ZEHNERI pellege: dices:
Dignus hic eſt vivus docta per ora vehi.
Hos aliosq́ libros ZEHNERI pellege: fructus
Tempore multiplices experiêre brevi.

Lipſiæ

ἐχιδίασι

M. Henricus Iunius
Sulanus, Iuris & æqui
Studioſus.

BE-

BENIGNO LECTORI S.

QVOD de coquis Euclio Plautinus profert: idem ad librorum quoque editiones concinnè accommodari posse arbitror. Nam vt maximè, cùm amanuensium πρωτότυπα, tum etiam Typographorum operas,

—— ipse Argus seruet, qui oculeus totus fuit,
Quem quondam Ioui Iuno custodem addidit:
Is nunquam seruet, —— quin passim erratula quæpiam irrepant. Quod cum in hoc Alcimi opusculo nobis quoque euenisse videam: ob raritatem veterum exemplarium, etiam leuiora hîc subiungere libuit. Quod meum institutum dextrè quælo interpreteris, &

Pag 15. lin. 14 legas: Ornatuque. Pag. 16 l. 9. Quoque etiam. 28. l 23. Mſ profudit. 30. l. 29. Col. campos per inundat. 58. l. 28 Vos nescite malum. 61. v. 2. fastigia centri. 80. l. 16. Abscondita. 82. l. 17 pulcro sub germ. 101. v. 16. consumsit. 117. l. 13. Nec fulmine. 120. l. 24. restringent (oña pœnæ, vbi procul dubio legendum est,) omnia pœnæ. 129. l. 11. Armant quisque suas. Ibid. l. 23. frendens. 134. l. 19. lacrymas. 139. l. 8. libertas. 143. l. 19. Deserat vt vacuas discedens accola terras. 166. l. 21. motis præcedere signis. 195. l. 8. Nec deest. 197. v. 12. Memphitis. 199. l. 2. improbitas velut est suspecta. 212. l. 29. natæ. 218. l. 27. telorum. 222. l. 24. dum vocibus ornante. 230. l. 17. solicitiùs.

In allegatis ad marginem: Pag. 35. Sap. 2. v. 24. Pag. 43. Psal. 58 4. Pag. 61. Gen. 3. 8. Pag. 102 Ion. 1. 16. Quod ad distinctiones: Pag. 64. l. 15. reatum: Non pr. 71. l. 5. coniectat, sed procul. 134 l. 13. abyssi Migrâsse. 140. l. 19. vndis, vel quibus. 142 26. per annos, tempore quo vasta Ebr.

Si qua porrò tibi occurrent, quæ nostrorum oculorum aciem effugerunt: ea candidè corrigas, atque his felicitèr fruaris.

INDEX

INDEX

Locorum Theologicorum, quos Alcimus Auitus tractat, vel quo-quo modo attingit.

De sacra Scriptura Pag. 190. 191.
De DEO 76. 93. 139. 144. 149. 150.
De Creatione 14. 15.
De Angelis bonis 96. 184.
De Angelis malis 33. 34. 36.
De creatione hominis 16. 17. 18.
De institutione coniugij 19. 20.
De libero arbitrio 25. 76.
De lege 18. 25.
De peccato 14. 33. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 61. 74. 90. 91. 192.
De pœnis peccati 25. 63. 67. 68. 73. 74. 89. 105. 130. 131. 132. 133. 134. 136. 137. 151. 203.
De mala conscientia 62. 68. 237.
De Pœnitentia 64. 73. 76. 77. 78. 102. 151. 177. 179. 234. 235.
De Euangelio 19. 62. 66. 75. 77. 135. 142. 143. 152. 182. 183.
De Fide 175. 194. 237.
De Iustificatione 152. 175. 207.
De Bonis operibus 111. 180. 183. 186. 187. 189. 191. 194.
De bona conscientia 195. 200.
De inuocatione 129. 134. 235. 236. 237.
De liberatione 139. 148. 197. 200. 203. 204.
De Ecclesia 19. 107. 108. 113.
De Sacrificiis 175
De Sacramentis 135
De Baptismo 19. 112. 113. 252. 175.

De

De infantibus, in aluo materna extinctis 182. 213.
De Cœna Domini 19 136. 143.
De miraculis 128. & sequen.
De Morte 136. 177. 178.
De Fine mundi 62. 101.
De Iudicio extremo 62. 205. 228.
De pœnis damnatorum 36. 62. 63. 70. 71. 72. 137. 180.
De Vita æterna 33. 238.

DE

DE VETVSTISSIMA NOBILISSIMAQVE AVITORVM FAMILIA, quæ Alcimum Archiepiſcopum Viennenſem in Gallia, produxit.

E Georgij Fabricij commentarijs in Poëtas Chriſtianos.

ALCIMVS, vetere Auitorum familia fuit: cuius atauus, proauus, pater, auunculus, frater, dignitatibus Eccleſiaſticis clari & eminentes fuere. Mater Audentia, poſt prolem quartam editam, votum caſtitatis ſuſcepit. Pater Mamerto ſucceſsit in Epiſcopatu viennenſi: Alcimus verò, Patri. Ex eadem familia Deo dicatæ virgines, Seueriana, Aſpidia, Fuſcîna, Euphroſyne, ab ipſo memorantur in libro de virginitate ad ſororem. Ex eiuſdem libri Proœmio intelligitur, à iuuene ſcripta fuiſſe ea carmina, quæ nunc extant. Inquit enim: dudum profeſsionem ſuam, nunc etiam ætatem decere, vt grauioribus ſtudijs operam ac tempus conſumat.

Vid. Alci. lib. ad ſororem, v. 817. 818.

Ibid. v. 21. & 22.

v. 90. 91. 98. 99.

Fuit ex hac ipsa familia Alphius Auitus, qui scripsit libros Excellentium, carmine Iambico dimetro: citaturq; à Terentiano & Priscia-no Grammaticis. Item Fidelis Auitus, ad quem extat Iohannis VI. Episcopi Romani epistola. Item Auitus Abbas Aurelianen-sis, quem virtutibus & prophetiæ spiritu effulsisse, testatur Iornandes. Item Aui-tus Aruernorum Episcopus, qui cum factio-ne Iudæorum contendit, & eos ad fidem con-
Epist. 4. uersos baptizauit: vt scribit Fortunatus lib. 5. Item alius, qui aulicus Radegundis reginæ
Epi. 24. concionator fuit, de quo idem lib. 3.

VITA ALCIMI AVITI,

iam olim à Iohanne Gagneio, ex Gennadio, Adone Viennensi, & Iohanne Trithemio collecta.

* Fabr. Isicius. ALCIMO AVITO pater fuit * Isicius, vir primùm Senatorij ordinis, deinde in Episcopum assumtus: mater Audentia, quem-admodum ipse in libello ad sororem Fuscî-nam ostendit: frater Apollinaris, Valentiæ Episcopus. Auitus à puero humanis literis apprimè, & supra quàm illa ætas, Vandalo-rum & Gothorum incursionibus propè in-fecta, ferre posset, institutus: cum illum am-plissimum alioqui & locuples maneret pa-trimonium, valedicto mundo, monasticen profes-

professus est, in cœnobio DD. Petri & Pauli, ad vrbis Viennensis mœnia. Inde patri Isicio in episcopatu succedens, totum se aduersum sui temporis hæreses contulit. Primùm enim Gundebaldum Burgundionum Regem, in Arianorum hæresin lapsum, in catholicæ Ecclesiæ consensionem restituit. Deinde eius hortatu aduersus Arianam factionem, quæ Africam omnem cum Sardinia, ac magnam partem Galliarum & Italiæ occupauerat, Dialogos aliquot; & aduersum Nestorianos, Eutychianos, Sabellianos, libellos duos conscripsit. Et cùm Faustus ex abbate Lirinense, apud Regium Galliæ, episcopus factus, in Pelagij errorem (vt Ado Viennensis refert) lapsus esset, asserens liberi arbitrij illuminationem, virtutem non à Christo, sed naturâ esse: aduersus hunc errorem, librum edidit. Epistolarum libros nouem scripsit, ad imperatores, reges, populos, & diuersas personas. Libellum quoq; de subitanea Pœnitentia, Homiliarum libros plures, & poëmata varia: è quibus, quæ nunc emittimus, tantùm supersunt opuscula. Nec dubito, reliqua ab Arianis, alijsq; hæreticis, aduersus quos scripserat, asportata esse: quorum insaniam & furorem sæpe expertus est, plerunq; illorum insidijs ad mortem vsq; & exilium periclitatus. Valebat autem Auitus, & scri-

Aetate sexta, fol. 171.

bendi, & extemporanea dicendi declamandique facultate egregiè. Ferunt nonnulli, extare longè plures tanti viri lucubrationes apud Pictauos & Ianuenſes. Claruit Zenone & Anaſtaſio Impp. anno Domini D. Sepultus in monaſterio DD. Petri & Pauli, in Viennenſium vrbe ſenatoria.

EADEM, ex Adone Viennenſi, ætate ſexta, fol. 168.

Anno Chriſti 492.

AVITVS quoq; Viennenſis Epiſcopus, eloquentia & ſanctitate præcipuus, cuius frater Apollinaris Valentiæ Epiſcopus, miraculis inſignis, Iſicij Senatoris primùm viri, poſtea Viennenſis Epiſcopi, duo lumina, clariſſimi filij. Hic beatus Auitus aduerſus hæreſin Arianam, quæ tunc non ſolam Africam, ſed & Galliam, Italiamq; magna ex parte occupauerat, magno ſtudore decertauit: quod clariſſima eius opera teſtantur. Scribit enim Dialogum, hæreſin illam oppugnans, fideliſſimo & doctiſſimo, immortaliq; ingenio, ad Gundebaldum Burgundiorum regem, filium Gundouei. Item alios libellos duos contra Neſtorium & Eutychen, autores erroris, luculentiſsimo & caſtigato ſatis ſermone. Fuerunt & alia illius plura eximia opera in Chriſti Eccleſia probatiſsima. Hic Sigiſmundum regem in fide pietatis erudiuit: qui,

agente

agente illo, poſtmodo monaſterium ſanctorum Martyrum Agaunenſium, Mauricij ſociorumq; eius conſtruxit. Quem poſtmodum captum, & à Francis occiſum, vehementiſsimè doluit. Quantus autem in Eccleſia Chriſti vixerit, quiſquis ſcire ad plenum vult, poſt eius innumera in diuinis laboribus opera, Epitaphium ipſius legat: ibi quantus fuerit, videre poterit: vbi inter alia, ſic metricè luſum eſt: veritate pura ſubnixum:

Vnus in arce fuit, cui quilibet ordine fandi*
Orator nullus ſimilis, nullusq; Poëta:
Clamant quod ſparſi per crebra volumina libri.
Qui vixit, viuit, perq; omnia ſecula viuet.

* Auferendi caſu. Quamuis alij legant: quo quolibet.

INTEGRVM EPITAPHIVM, quod ALCIMO AVITO, Viennæ quondam poſitum fuit.

QVisquis, mœſtificũ tumuli dum cernis honorem,
Ceſpite concludi, totum deflebis Auitum:
Exue ſolicitas triſti de pectore curas.
Nam quem plena fides, celſæ quem gloria mentis,
Quem pietas, quẽ larga manus, quem fama perennat:
Nil ſocium cum morte tenet. Quin proſpice ſancti
Geſta viri. Primùm floreſcens indole quanta
Spreuerit antiquos dimiſſo ſtemmate faſces,
Maturum teneris animum dum præſtat in annis:
Et licitum mundi, voti virtute, relegat.

Nec mora, Pontificis ſic digna inſignia ſumit,
Augeat vt ſoluti felicia cœpta laboris:
Nec tamen ob ſummi culmen tumefactus honoris
Erigitur, ſeq; ipſe alijs plus æſtimat: imò
Subijcitur magnus, ſeruat mediocria ſummus,
Diſtribuit parcus, paſcit ieiunus, amando
Terret, & auſteris indulgentiſſima miſcet.
Cunctantes ſuaſu iuuit, ſolamine mœſtos,
Iurgia diſſoluit, certantes fœdere iunxit.
Diſſona veridicam inficiunt quæ dogmata legem,
Hortatu, ingenio, monitis, meritisq; ſubegit.
Vnus in arce fuit, cui, quolibet ordine fandi,
Orator nullus ſimilis, nullusq; Poëta:
Clamant quod ſparſi per crebra volumina libri.
Qui vixit, viuit, perq; omnia ſecula viuet.

DOCTISSIMORVM VIRORVM TESTIMONIA ET IVdicia de Alcimo, eiuſq; ſcriptis.

Iohannes Trithemius, Abbas Spanheimenſis, in libro De Eccleſiaſticis ſcriptoribus:

ALCIMVS AVITVS, Epiſcopus Viennenſis, vir in diuinis ſcripturis eruditus, & in ſecularibus literis doctiſsimus, Theologus, Rhetor & Poëta clariſsimus, qui non minùs vitæ ſanctitate, quàm eruditione ſcripturarum, ſuo tempore in precio fuit, ſcripſit

tam

tam carmine quàm ſoluta oratione non pauca opuſcula. Sed ad noſtram notitiam pauciſsima venerunt, è quibus feruntur heroico & eleganti metro compoſita, ſubiecta:

De origine mundi, lib. 1.
De peccato originali, lib. 1.
De ſententia Dei, lib. 1.
De diluuio, lib. 1.
De tranſitu maris rubri, lib. 1.
De virginitate ad Fuſcînam ſororem, lib. 1.

Epiſtolarum quoq; ad diuerſos, lib. 9.
Homiliarum multarum lib. 1. & alia.
Claruit ſub Zenone & Anaſtaſio principibus, anno Domini D.

Iohannes Adelphus Mûlingus Argentinenſis.

In præfatione, ad Iacobum Archiepiſcopum Treuirenſem, quæ primæ atq; antiquiſſimæ huius operis editioni præfixa eſt, anno MDVII.

ALcimus Auitus, ſcribit vniuerſi creationem, lapſum Protoplaſti, ſententiam Dei ſecutam, generalem telluris inundationem, tranſitum maris rubri: & poſtremò, de ipſa virginitate. Quæ omnia quaſi quidam Moſaicæ legis interpres, ſex libris, tanta

maieſtate & ita grauiter eſt executus, vt neſcias, vtrum diuinior, an elegantior exiſtat: tam feruens eſt in dicendo, tam culto & fluido poëmate ſingula differit,&c.

In præſentia proponitur ſtudioſis literaturæ politioris legendus,& præſertim iuuentuti Germanicæ, quæ in ſcholis Grammaticorum diſerta euadere cupit, vt relictis Mythologorum ineptijs & gentilibus fabulis, quas

Perſ. ſat. 3. v. 118. *Non ſani eſſe hominis, non ſanus iuret Oreſtes.*

ſolida & vera pro delicatis ac fictis legere queat.

Lilius Gyraldus, Dialogo V. de Poëtarum hiſtoria, tom. 2. fol. 215.

Nonnihil & in Chriſtiana Poëtica Alcimum Auitum præſtitiſſe videmus,qui Viennenſium Pontifex fuiſſe creditur: cuius peperam nonnulli Euſebium in Chronico meminiſſe voluerunt, cùm Euſebio ipſe & Hieronymo poſterior fuerit. Alcimus enim ipſe in libro de Virginitate ad ſororem, Prudentij mentionem facit,qui & ipſe, vt oſtendimus, poſterior fuit. Carmen Alcimi, quo id comprobamus,hoc eſt:

v. 416. & 417. *Deſcribens mentis varias cum corpore pugnas,*
Prudenti quondam cecinit Prudentius ore.

At verò Alcimus ille,de quo cum Delphidio Eu-

dio Eusebius meminit, multùm ante Prudentium fuit, &c. Scripsit verò Alcimus Auitus pleraq; cùm versu, tum soluta oratione. Item Poëmata hæc ad manus meas peruenere; de origine mundi, de originis peccato, de Dei sententia, de Diluuio, de maris rubri transitu: item de virginitate ad Fuscînam sororem, quam alicubi ipse Phrosynam vocâsse videtur:

Graia, inquit, si voce vocetur, v. 99.
Significat propriam sumto de nomine mentem.

Floruit hic Zenone & Anastasio imperantibus, anno circiter quingentesimo, à Christi natiuitate. De Auito quidem in nostris annalibus, vbi Diuorum memoria censetur, ita legitur: Viennæ, beati Auiti Episcopi & Confessoris, cuius fide, & industria, admirabiliq; doctrina, ab infestatione Arianæ hæreseos, Galliæ defensæ sunt. Meminit præterea, quantum recordor, huius Alcimi Sidonius ad Lupum scribens, libro octauo Epistolarum: meminit & Fortunatus.

Historiæ Ecclesiasticæ Magdeburgensis Autores, Cent. VI. cap. 10. fol. 715.

ALCIMVS AVITVS, natus in vrbe Vienna, patre Isicio Senatore & Episcopo, & matre Audentia, à teneris annis literis hu-

ris humanitatis deditus, in ijs adeò profecit, vt facilè cum doctiſsimis comparari poſsit: ſicut & Beatus Rhenanus inter præcipuos diuiniloquos Poëtas, Aurelium videlicet Prudentium, Aratorem, & huiuſce dignitatis atq; ſanctimoniæ κειμήλια eum ponere non dubitauit, &c.

Scripſit libros heroico carmine:

De origine mundi, lib. 1.
De peccato originali, lib. 1.
De ſententia Dei, lib. 1.
De diluuio, lib. 1.
De tranſitu maris rubri, lib. 1.

In illis apparet, quòd fuerit rerum Phyſicarum ſtudioſus, dum formationem hominis planè Phyſica ratione deſcribit, lib. 1. de origine mundi. Item, quòd ſedulò verſatus fuerit in lectione optimorum Poëtarum: quoniam ſæpe alludit ad verſus Virgilij, Ouidij, Horatij, & Homeri, quem etiam citat libro tertio.

v. 355. Lib. 4. v. 3. In ſcripto de Diluuio, reijcit deſcriptionem Ouidij, appellans eam fabulam mendacem: & ſubindicat ibidem, Gabrielem Angelum miſſum eſſe ad Noah, vt ipſi Diluuium
v. 214. prædiceret.

Scripſit & librum de conſolatoria caſtitatis laude quem dedicauit Fuſcînæ ſorori ſuæ. Citat in eo Prudentium. Habuit & oratio-
v. 417.

nem

nem de institutione festi Rogationum, ad populum Viennensem. Scripsit & libros IX. Epistolarum ad diuersos, &c. & homiliarum multarum librum vnum, vt refert Trithemius.

Iohannes Murmellius Ruremundensis.

Inter gentileis Epico modulamine vates
Mœonides palmam Virgiliusq; tenent:
Heroo veterum cultorum carmine Christi,
Iudice me, nemo præstat, Auite, tibi.

Theodorus Pulmannus Craneburgius.

Palmam Maro inter Ethnicos
Epico Poëtas carmine
Vt fert: tenet sic Alcimus
Inter pios primum locum.

DE ARGVMENTO SCRIPTORVM ALCIMI, PRÆsertim priorum V. librorum.

Venantius Honorius Clementianus FORTVNATVS, *qui vixit circa annum Christi* DLXX.

Libr. 1. De vita Martini, versu 24.

Quod

* Al. Genealogus olim.

*Quod ſacra explicuit ſerie * dux legifer olim:*
ALCIMVS egregio digeßit acumine præſul.

Adamus Siberus, in carmine ad Georg. Fabricium.

Extuſum è nihilo mundum canit Alcimus, ortum
Peccatiq́ refert, iudiciumq́ Dei.
Tum pollutum vndis vltricibus eluit orbem,
Et pelagi regem mergit in ima Phari.

ALCI-

ALCIMI AVITI, VIENNENSIS ARCHIEPISCOPI

Liber Primus.

DE ORIGINE* MVNDI.

*Mſ. De initio mundi.

Quòd varij eueniunt humana in gente labores,
Vnde breuem capiunt mortalia tempora vitam:

Vel

Vel quòd polluti vitiantur origine mores,
Quos aliena premunt, priſcorum fata parentum:
Addatur quanquam noſtra de parte reatus:
Quodq; etiam amiſſo dudum peccatur honore:
Aſſcribam tibi, prime Pater, qui ſemine mortis
Tollis ſucciduæ vitalia germina proli.
Et licet hoc totum Chriſtus perſoluerit in ſe,
Contraxit quantum percuſſa in ſtirpe propago:
Attamen autoris vitio, qui debita lethi
Inſtituit, morbosq; ſuis ac funera miſit,
Viuit peccati moribundâ in carne cicatrix.
Iam Pater omnipotens librantis pondere Verbi
Vndiq; collectis diſcreuerat arida lymphis,
Litoribus pontum conſtringens, flumina ripis.
Iam proprias pulcro monſtrabat lumine formas,
Obſcuro cedente die, varioq; colore
Plurima diſtinctum pingebat gratia mundum,
Temporibus ſortita vices: tum lumina cœlo
Fulsêre, alterno Solis lunæq; meatu.
Quin & ſidereus nocturno tempore candor
Temperat horrentes aſtrorum luce tenebras.
Aſtutum ſuaui producens omnia fœtu,
Pulcra repentino veſtita eſt gramine tellus.
Accepêre genus ſine germine iuſſa creari,
Et ſemen, voluiſſe fuit: ſic vbere verbi
Frondeſcunt ſyluæ: teneris radicibus arbor
Durauit vaſtos paruo ſub tempore ramos.
Protinus in varias animalia multa figuras
Surgunt, & vacuum diſcurrunt bruta per orbem.

Elatæ

Elatæ in cælum volucres, motuq́; citato
Pendentes, ſecuêre vias, & in aëre ſudo
Præpetibus librant membrorum pondera pennis.
Pòſt etiam clauſi vaſto ſub gurgite piſces
Reſpirant lymphis, flatusq́; ſub æquore ducunt,
Quæq́; negant nobis, illis dant humida vitam.
Nec minùs in pelago viuiſcunt grandia cœte,
Accipiuntq́; cauis habitacula digna latebris:
Et quæ monſtra ſolet rarus producere pontus,
Aptat ad informes cõdens ſolertia formas:
Quodq́; hominum falsò credit mens neſcia fœdum,
Per propriam ſpeciem, natura iudice, pulcrum eſt.
Ergò vbi completis fulſerunt omnia rebus,
Ornatoq́; ſuo perfectus conſtitit orbis:
Tum Pater omnipotens æterno lumine lætum
Contulit ad terras ſublimi ex æthere vultum,
Illuſtrans quodcunq; videt: placet ipſa tuenti
Artifici factura ſuo, laudatq́; creator (dum.
Diſpoſitũ pulcro quem cõdidit ordine mun-
Tum demum tali Sapientia voce locuta eſt:
En præclara nitet mundano machina cultu,
Et tamen impletum perfectis omnibus orbem
Quid iuuat vlteriùs nullo cultore teneri?
Ergò longa nouam ne fœdent otia terram,
Nunc formetur homo, ſummi quem tangat imago
Numinis, & noſtram, celſo donatus honore,
Induat interiùs formoſa mente figuram.
Hunc libet erectis ſublimem incedere plantis:
Qui regat æterno ſubiectum pondere mundum.

Bruta domet, legem cunctis ac nomina ponat,
Astra notet, cæliq; vias & sidera nôrit:
Discat & inspectis discernere tempora signis,
Subijciat pelagus sæuum, ingenioq; tenaci
Possideat quæcunq; videt: cui bestia frendens
Seruiat, & posito discant mansueta furore
Imperium iumenta pati, iussiq; ligari
Festinent trepidi consueta in vincla iuuenci.
Quodq; etiam natura hominis sublimior extet,
Incipiat rectos in cælum tollere vultus:
Factorem quærat proprium, cui mente fideli
Impendat famulam longæuo in tempore vitam.
Hæc ait, & fragilem dignatus tangere terram,
Temperat humentem conspersо puluere limum,
Molitur q; nouum diues Sapientia corpus.
Non aliter quàm opifex diuturno exercitus vsu
Flectere laxatas per cuncta sequacia ceras,
Et vultus complere rudes, aut corpora gypso
Fingere, vel segni speciem componere massa:
Sic Pater omnipotens victurum protinus aruum
Tractat, & in lento meditatur viscera cœno:
Dehinc arcem capitis sublimi in vertice signat,
Septiforem vultum rationis sensibus aptans,
Olfactu, auditu, visu, gustuq; potentem:
Tactus ad hæc, solus toto qui corpore iudex
Sentiat, & proprium spargat per membra vigorẽ.
Flexilis arctatur recauo sic lingua palato,
Pressus vt in cameram pulsantis verbere plectri,
Percusso resonet modulatus in aëre sermo.

Axim

Exin ſucciduum porrecto in corpore pectus,
Spargit ramoſas poſt brachia fortia palmas.
Succedit ſtomacho medius, qui tegmine molli
Inter vtrumq; latus foueat vitalia, venter.
Diuiduam partem femur excipit, aptiùs vt ſe
Alternis moueat duplicato poplite greſſus.
At parte ex alia, fingit quam conditor idem,
Occipiti ſubmiſſa ſuo, deſcendere ceruix
Incipit, & vaſtos compagibus addere neruos.
Spina rigens crebris inter commercia nodis
Diffundit duplicem coſtarum ex ordine cratem.
Pars interna nouos vitæ formatur ad vſus.
Viuifico primùm cordi vitalia tegmen
Naturale parant, plagam ne ſentiat vllam,
Maſſaq́; congeſtis pendens abſconditur extis.
Additur & tenui paſcendus ab aëre pulmo,
Vt concepta trahens lenti ſpiramina flatus,
Accipiat reddens, reddat quas ſumſerit auras,
Perq́; vices crebro pellatur anhelitus hauſtu.
Dextra tenet iecoris vegetandũ ſanguine fontem,
Quo clauſum venæ ſpargunt per viſcera flumen.
Læua in parte lien manſura ſede quiescit:
Qua crimes perhibent, vnguesq́; recreſcere ſectos,
Nec conciſa dolent, quæ mox augmenta reſumunt,
Et viuunt, ſenſuq́; carent in corporis vſu.
Poſtquam perfectæ iacuit nouitatis imago,
Formatumq́; lutum ſpeciem peruenit in omnem:
Vertitur in carnem limus, duratáq́; molles
Viſceribus medijs texerunt oſſa medullas.

Inſeritur venis ſanguis, viuoq́; calore
Inficit ora rubor, toto tum corpore pallor
Pellitur, & niueos depingit purpura vultus.
Inde vbi perfectis conſueſcit viuere membris
Totus homo, exudent calefacta vt viſcera, ſolam
Expectant animam: puro quam fonte creator
Promit, & erectos recturam mittit in artus.
Nam lenem ſuaui flatum profundit ab ore,
Inſpiratq́; homini, quem protinus ille receptum,
Attrahit, & crebri diſcit ſpiraminis auras.
Poſtquam naſcentem ſolers prudentia ſenſum
Imbuit, & puro rationis lumine fulſit:
Surgit, & erectis firmat veſtigia plantis.
Tum varias cœli ſpecies, mundiq́; figuras
Mirantem, tali compellat voce creator:
Hæc quæ mundani cordàm pulcerrima cultus
Incrementa vides, ornatum extenſa per orbem,
Sap. 10. 2. *Solus habe, ſolisq́; prior dominare fruendo.*
Tu, mihi: cuncta tibi, famulentur: maximus ordo
Te parêre pio, tibi qui dedit omnia, patri.
Non ſpecies vllæ, nec numina vana colantur,
Non ſi quid cœlo ſublime nouumq́; coruſcat,
Non quæ vel terris viuunt formata, vel vndis,
Nec quod fortè premens prohibet natura videri.
Vſibus iſta tuis, non cultibus eſſe memento.
Præcellis factis? factorem pronus adora.
Interea ſerus noctis primordia veſper
Rettulit, alterno depellens tempore lucem.
Dumq́; petunt dulcem ſpirantia cuncta quietem,

Soluī-

Soluitur & ſomno laxati corporis Adam.
Cui Pater omnipotens preſſum per corda ſoporem
Miſit, & immenſo tardauit pondere ſenſus,
Vis vt nulla queat ſopitas ſoluere mentes.
Non ſi fortè fragor ſecuras verberet aures,
Nec ſi commoto cœlum nunc intonet axe:
Quin nec preſſa manu rupiſſent membra quietem.
Tunc verò cunctis coſtarum ex oſſibus, vnam
Subducit læuo lateri, carnemq; reponit.
Erigitur pulcro genialis forma decôre,
Inq; nouum ſubitò procedit fœmina vultum:
Quam Deus æterna coniungens lege marito,
Coniugij tenſat fructu diſpendia membri.
Iſtius indicium ſomni, mors illa ſecuta eſt,
Spontè ſua ſubijt ſumto quam corpore Chriſtus.
Qui cùm paſſurus ligno ſublimis in alto
Pendêret, nexusq; & culpas penderet orbis:
In latus extenſi defixit miſſile lictor.
Protinus exiliens fluxit cum ſanguine lympha: Ioh. 19.
Qua viuum populis iam tunc ſpondente lauacrum, 34.
Fluxit martyrium, ſimul & baptiſmatis vnda.
Inde reſurgenti cœleſtia q; aſtra petenti,
De lateris membro ſurgens Eccleſia nupſit.
Principio rector tanti ſacrare figuram
Diſponens vincli, hoc nectit connubia verbo:
Vnite concordi ſtudio, mundumq; replete,
Creſcat longæuum felici ſemine germen:
Non annis numerus, vitæ nec terminus eſto.
Progenicm ſine fine dedi, quam tempore toto

Aſpicies, generi primus qui poneris autor.
Porrò nepos ductus, ſpargens per ſecla nepotes,
Viuentes numeret proauos, inq; ora parentum
Ducant annoſos natorum pignora natos.

Tum lex coniugij toto venerabilis æuo
Intemerata ſuo ſeruabitur ordine cunctis.
Fœmina perſiſtat de ſemine ſumta virili
Coniugio ſeruare fidem: nec ſeparet alter
Quod iungit, ſociatq; Deus. cum patre relinquat
Et matrem, iuſto conſtrictus amore maritus:
Iſta parentales non rumpant vincula curæ,
Vita ſed amborum carnem teneatur ad vnam.
Taliter æterno coniungens fœdere vota
Feſtiuum dicebat hymen, caſtoq; pudori

Conci-

Concinit angelicum iuncto modulamine carmen.
Pro thalamo Paradisus erat, mundusq; dabatur
In dotem, & lætis gaudebant sidera flammis.
Est locus Evo mundi seruatus in axe
Secretis natura tuis: vbi Solis ab ortu
Vicinos nascens aurora repercutit Indos.
Hîc gens ardentem cœli subteriacet axem,
Quam candor feruens albenti ex æthere fuscat.
Hîc semper lux pura nitet, cœloq; propinquo
Natiuam seruant nigrantia corpora noctem.
Attamen in tetris splendentia lumina membris
Captiuo fulgore micant, visuq; nitente
Certior accrescit pullatis vultibus horror.
Cæsaries incomta riget, quæ crine supino
Stringitur, vt refugo careat frons nuda capillo.
Sed quicquid magnum nostros defertur ad vsus,
His totum natura dedit telluris opimæ.
Quicquid odoratum pulcrumq;, allabitur inde.
Concolor his ebeni piceo de fomite ramus
Surgit, & hîc eboris munus, quod porrigat orbi,
Informis pulcros deponit bellua dentes.
Ergò, vbi transmissis mundi caput incipit Indis.
Quo perhibent terram confinia iungere cœlo:
Lucus inaccessa cunctis mortalibus arce
Permanet, æterno conclusus limite: postquam hinc
Decidit expulsus primæui criminis autor,
Proq; reis dignè felici ab sede reuulsus
Cœlestes hæc sancta capit nunc terra ministros.
Non hîc alterni succedit temporis vnquam

Bruma, nec æstiui redeunt post frigora soles,
Excelsus solidum cùm reddit circulus annum:
Vel densante gelu canescunt arua pruinis.
Hîc ver assiduum cœli clementia seruat,
Turbidus Auster abest, semperq; sub aëre sudo
Nubila diffugiunt iugi cessura sereno.
Nec poscit natura loci, quos non habet, imbres:
Sed contenta suo dotantur germina rore.
Perpetuò viret omne solum, terræq; tepentis
Blanda nitet facies: stant semper collibus herbæ,
Arboribusq; comæ: quæ cum se flore frequenti
Diffundunt, celeri solidant sua germina succo:
Nam quicquid nobis toto nunc nascitur anno,
Menstrua maturo dant illic tempora fructu.
Lilia pellucent nullo flaccentia Sole,
Nec tactus violat violas, roseumq; ruborem
Seruans perpetuo suffundit gratia vultu.
Sic cùm desit Hyems, nec torrida ferueat Aestas,
Fructibus Autumnus, Ver floribus occupat annũ.
Hîc quæ donari mentitur fama Sabæis
Cynnama nascuntur, viuax quæ colligit ales,
Natali cùm fine perit, nidoq; perusto
Succedens, sibimet quæsita morte resurgit:
Nec contenta suo tantùm semel ordine nasci
Longa veternosi renouatur corporis ætas,
Incensamq; leuant exordia crebra senectam.
Illic desudans fragrantia balsama ramus,
Perpetuum promit pingui de stipite fluxum.
Tum si fortè leuis mouit spiramina ventus,

Flati-

Flatibus exiguis, leniq; impulsa susurro:
Diues sylua tremit foliis, & flore salubri,
Qui sparsus, latè suaues dispensat odores.
Hîc fons perspicuo resplendens gurgite surgit.
Talis in argento non fulget gratia, tantam
Nec crystalla trahunt nitido de frigore lucem.
Negligit hîc virides riparum margo lapillos:
Et quas miratur mundi iactantia gemmas,
Illic saxa iacent: varios dant arua colores,
Et naturali campos diademate pingunt.
Eductum leni fontis de vertice flumen
Qua uor in largos confestim scinditur amnes:
Euphraten Tigrimq; vocant, qui limite certo
Longa sagittiferis faciunt confinia Parthis.
Tertius inde Gehon, Latio qui nomine Nilus
Dicitur, ignoto cunctis illustrior ortu:
Cuius in Aegypto lenis perlabitur vnda,
Ditatura suam certo sub tempore terram.
Nam quoties tumido perrumpit flumine ripas
Alueus, & nigris campos perfundit arenis:
Vbertas laxatur aqua, cœloq; vacante
Terrestrem pluuiam diffusus porrigit amnis.
Tunc inclusa latet lato sub gurgite Memphis,
Et super absentes possessor nauigat agros.
Terminus omnis abest: æquatur iudice fructu
Annua suspendens coniectus iurgia limes.
Gramina nota videt lætus subsidere pastor,
Inq; locum pecorum viridantis iugere campi,
Succedunt nantes aliena per æquora pisces.

At postquam largo fœcundans gramina potu
Lympha maritauit sitientis viscera terræ:
Regreditur Nilus, sparsasq; recolligit vndas.
Fit fluuius, pereunte lacu, coguntur in aluêum
Ad ripam effrenes conclusis fluctibus vndæ.
Donec diuiduum spargens per deuia finem
Gurgite septeno patulum pertendit in æquor.
Cur autem perhibent latitare ex omnibus vnum
Fontem Nile tuum? nam qui nesciris ab ortu,
Non solus, sed quartus eras, diffusus ab illo,
Despicit excelso qui flumina cuncta meatu:
Ipsius atq; pater pelagi supereminet omnes,
Quas montes, quas plana vomunt, quas nubila, lymphas.
Quartus dehinc Phison, quem nominat India Gan- (gem,
Motus odorifero quoties qui vertice creuit,
Deciduas pulcro quas spargunt flamina luco
Prælambens furatur opes, & gurgite nostrum
Ducit in exilium: nam ripa largus vtraq; est.
Amnibus vtq; istis enodes ferre papyros,
Aut scirpos algasq; leues deducere mos est:
Excrementa trahens magnus sic ditia Ganges,
Hoc etiam donat mundo, quod proijcit aluêo.
Interea primi, summus quos iunxerat autor,
In Paradisiaca ponuntur sede parentes:
Quîs rector tali proponit præmia lege:
O summum factoris opus, quos sola creauit
Nostra manus, nasci cùm cætera voce iubcrem:
Aspicitis quanto pulcerrimus vbere lucus

Permul-

Permultas ſamuletur opes: hæc cuncta dabuntur
Ad veſtros ſine fine cibos, hinc eſca petatur,
Sumite conceſſas fruges, & carpite poma.
Hic operis dulci ſtudio ſecura quieſcat,
Delicijsq; fruens longæuo in tempore, vita.
Eſt tamen in medio nemoris, quam cernitis, arbor,
Notitiam recti, prauiq; , in germine portans.
Huius ab acceſſu vetitum reſtringite tactum:
Ne vos fortè premat temeraria diſcere cura
Quæ probibet doctor: melius, neſcire beatis,
Quod quæsiſſe nocet: *teſtor, quē fecimus orbē,*
Quòd ſi quis vetitum præſumſerit arbore pomum:
Audax commiſſum mortis diſcrimine pendet.
Non immenſa loquor; facilis, cuſtodia recti.
Seruator, vitam: mortem, temerator habebit.
Accipiunt iuuenes dictum, lætiq; ſequuntur,
Spondentes omni ſeruandam tempore legem.
Sic ignara mali nouitas, nec conſcia fraudis
Incautas nulla tetigit formidine mentes.
At pater inſtructos ſacrata in ſede relinquens
Lætus in aſtrigeram cœli ſe ſuſtulit aulam.

M. IOACHIMI ZEHNERI notæ ac lectiones diuerſæ, in Alcimi Auiti librum primum De origine mundi.

Verſ. 1. *Quod varij euenium*] Manuſcriptum:
Quicquid agit varios humana in gente labores.
v. 3. vitiantur] Argentinenſ. vitiant ab origine.

v. 4. Fata] Col. Facta. *5. Noſtra de parte*] Arg. de noſtra parte. *6. Quodq; etiam*] mſ. & Col. Quod tamen amiſſo *7. Prime*] Col. primo. Sed malim: prime Pater: Alloquitur enim Adamum πρωτόπλαστον, ſap. 10. 1. primum peccati & mortis autorem, Rom. 5. 12. *8. Proli*] Col. plantæ. *32. In cœlum*] Col. inq; altum. *40. Rarus producere*] mſ. & B. Noſter producere. Col. nam prodere. Fortaſſe rectiùs: iam prodere. *54. Vlteriùs*] A. perperàm, alterius. *55. Ergò longa*] mſ. & Col. Sed ne longa nouam contriſtent otia terram. *59. Erectis*] mſ. & A. Erecto vultu præponere noſtris. Quam tamen ſententiam autor in verſum ſeptuageſimum differre maluit. *69. Etiam*] mſ. & Col. magis. *70. Incipiat*] m. & Arg. Accipiat. Colon. meliùs: occipiat. *70. In cœlum tollere vultus*] imitatione Ouidij, lib. 1. Metam. v. 86.

Pronaq; cum ſpectent animalia cætera terram.
Os hominis ſublime dedit, cœlumq; tueri
Iußit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

Vel Silij quoq; Italici, lib. 15. v. 84.

Nónne vides, hominum vt celſos ad ſidera vultus
Suſtulerit DEVS, ac ſublimia finxerit ora?
Cum pecudes, volucrumq; genus, formasq; ferarũ
Segnem atq; obſcœnam paſſim ſtrauiſſet in aluum.

Quam ſententiam paulò aliter exprimit Cicero, lib. 1. de legibus: Natura, cum cæteras animantes abiecciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit, ad cœliq;, quaſi cognationis, domicilijq; priſtini conſpectum excitauit. Et Vitruuius lib. 2. de architect. cap. 1. Homines habentes ab natura primùm

mùm præter reliqua animalia, vt non proni, sed erecti ambularent, mundiq; & astrorum magnificentiam aspicerent: item manibus, & articulis, quam vellent, rem faciliter tractarent: cœperunt in eo cœtu alij de fronde facere tecta, &c. Sic è Patrum numero D. Hilarius, carmine in Genesin, v. 125.

— Tibi multa Deus nascenti contulit vlrò,
Aetheriam faciem primùm, vultumq; paternum,
Incessumq; pedum rectum, sublimia colla,
Ne qua mora in cœlos oculis spectantibus esset.
Tunc alacres promtasq; manus, vitæq; ministras,
Atq; domum diuæ pectus rationis, & alti
Sedem concilij, fundendæ vocis honorem:
Hæc soli concessa homini: nam cætera, motum
Vt pecus obtinuit, ventrem, præcordia, neruos,
Venarum riuos, & sparsum corpore sanguen,
Lætitiæq; sinus, &c.

76. Opifex] Mſ. & A. Non aliter quàm nunc opifex, cui est artis in vsu. Col. quàm nunc opifex solet artis in vsu. 78. *Complere rudes*] mſ. & Col. implere manu seu corpora. 82. *Debinc*] mſ. & Col. Hinc arcem. 85. *Tactus ad hæc*] mſ. C. tactus erit. 88. *In Cameram*] Arg, camera. 96. *Idem*] mſ. & C. vnus. 102. *Viuifico primùm*] In mſ. & Col. versus hoc ordine se inuicem consequuntur:

Pars interna nouos vitæ formatur ad vsus.
Naturale parant tegmen vitalia cordi,
Massaq; congestis pendens absconditur extis.

106. *Vt concepta*] mſ. & A. Qui concepta trahens. 107. *Accipiat reddens*] mſ. sic distinguit: Accipiat, reddens reddat. 108. *Perq; vices*] mſ. & C. inq; vicem. 111. *Laua*] mſ. & Colon:

Lienis

Lienis læuam sortitur regula partem.

Versus est Acephalus. Sic enim vulgò appellantur, qui à breui syllaba incipiunt, vt monet Cæl. Rhodig. lib. 2. antiquar. lection. cap. 37. *113. Concisa*] A. decisa. Ibidem: *Quæ mox*] Colon. Hinc nunc augmenta resumunt, Quæ viuunt. Manuscriptum:

— *Crines perhibent, vngues q́ recrescere sectos:*
Quæ viuunt, sensu q́ carent in corporis vsu,
Nec decisa dolent, hinc nunc augmenta resumunt.

117. Duratáq́ molles] C. A. L. & F. habent:

Vertitur in carnem limus, duratáq́ moles.
Hinc dura è medijs traxerunt ossa medullas
Visceribus, Lunæ augendas crescentis ad instar.
Inseritur venis sanguis, &c.

Nos manuscripti, quippe vetustissimi, autoritatem sequi maluimus. *120. Rubor*] In Col. est: Calor. *122. Consuescit*] A. Consueuit. *123. Exudent*] Ad fidem Mscripti. In editione Fabriciana est: Totus homo, & fumant calefacta, & viscera solam Expectant animam. *125. Promit*] ms. & Col. Promat & erectos recturam mittat in artus. *126. Profundit*] ms. Profundit. Colon. Lenem perpetuò flatum profudit ab ore. *132. Cæli*] ms. & C. mundi. *134. Mundani*] ms. & Col. Mundanis cernis pulcerrima rebus Incrementa nouis. *135. Extensa*] ms. & A. tensa. *138. Pio, tibi qui dedit*] ms. & Col. pio, qui subdidit omnia, Patri. *140. Si quid cælo*] E ms. A. & C. Nam Fabric. habet: Non si quæ cœlo sublime nouumq́; coruscant. *142. Nec quod*] ms. Non quod. *145. Serui*] In omni-

In omnibus exemplaribus impreſsis eſt:

Interea ſextus noctis primordia veſper.

Solus codex Mſcriptus legit: ſerus. Quod retinendum arbitror. Nam creatio fœminæ, ſexti diei veſperam anteceſsit, Gen. 1. v. 27. & 31. *150. Miſit*] mſ. itemq; Colon. jecit, & immiſſo. *152. Non ſi*] Arg. Nec ſi fortè. *153. Nunc*] E mſ. Reliqua enim exemplaria legunt: cælum tunc intonet. *154. Quin nec*] mſ. & Col. Sed nec preſſa manu. *158. Fœmina vultum*] Fabr. habet, cultum. mſ. & Col. vultum: quod magis probo. Sic apud Hilarium, carmine in Geneſin, v. 116.

——— Aſſumis tibi mollia terræ,
Atq; virum formas: cuius mox coſta, cupito
Fit mulier vultu.

160. Penſat] mſ. & col. Coniugij fructu, penſat diſpendia membri. *161. Indicium*] A. indicio. *164. Penderet, nexusq;*] E Lugdunenſi. Nam in mſ. eſt: Penderet, nexus culpas dum perderet orbis. *166. Fluxit*] E. M. A. & F. Nam in Colon. eſt, Finxit. *168. Martyrium*] mſ. & Col.

Martyrium ſignans & ſanguinis vnda.
Inde quieſcenti, gemina dum nocte iaceret,
De lateris membro ſurgens Eccleſia nupſit.

172. Vincli, hoc nectit] Col. vincli nectit. *178. Porrò nepos ductus*] Al. inductus pronepos. mſ. & Colon. Pronepos inductus, itidem vt inferiùs, lib. 4. v. 176. vbi mendi huius cauſſam aſsignaui. *180. Pignora*] Al. ſecula. *183. Semine*] mſ. & Col. viſcere. *184. Connubio*] Al. Coniugij. *185. Cum patre*] A. Patreumq; relinquat. *187. Iſta parentales*] è mſ. A. & Col. Pro quo Fabricius:

Nec

Nec iam vllos propter rumpant hæc vincla parẽtes,
Vitæ sed amborum. 199. *Nitet*] Ex Argentinensi. Nam mſ. & Col. legunt: Hîc ſemper (Fabr. Huc ſemper) lux pura venit. 206. *Sed quicquid*] mſ. & C. ſed magnum quicquid. 208. *Odoratum pulcrumq;*] è mſ. A. & C. Fabr. Quicquid odoratu pulcrum eſt. 209. *Concolor his*] Baſ. Concolor hîc. 210. *Porrigat*] è mſ. 211. *Deponit*] è Colon. Nam Argent. Adelphi, & Baſilienſe Fabricij legunt:

eboris nitimus, quod porrigit orbi,
Informis pulcros deponens bellua dentes.

213. *Iungere*] A. tangere. 215. *Poſtquam hinc*] mſ. & Col. Poſtquam decidit. 216. *Primæui*] C. Primæuus criminis autor, atq; reis. 228. *Tepentis*] M. & C. Fabr. Terræq; nitentis blanda nitet facies. vid. infr. v. 245. 230. *Cum ſe*] mſ. ſe cum. 231. *Celeri ſolidant ſua*] M. & C. Celeri & confortant germina ſucco. 241. *Peruſto*] mſ. peruſta. 242. *Reſurgit*] mſ. reſurget. 245. *Exordia*] è mſ. & Col. Nam Fabr. legit: Incenſamq; leuant incendia crebra ſenectam: non abſq; ſpecie ταυτολογίας, vt & paulò ſuperiùs, v. 228. 247. *Promit*] M. & C. pingui promit. 248. *Mouit*] A. Moueat. 250. *Et flore*] M. C. foliis ac flore. 251. *Latè*] Ex Arg. Nam mſ. & C. legunt: Qui ſparſus terris ſuaues. 254. *Trahunt*] M. & C. dabunt. 255. *Negligit*] mſ. & Col. margine riparum virides micuêre lapilli. 264. *Illuſtrior*] mſ. & Col. plus nobilis ortu. 268. *Perfundit*] mſ. perinundat. Col. campos perinundat. 269. *Laxatur*] Arg. habet: Vbertas augetur aqua. Manuſcriptum & Colonienſe: Vbertas taxatur aqua. Itidem non incommodè. Nam Agricolæ ex Nili inundatione de anni ſecuturi prouentu conijciebant,

bant, vt Plin. lib. 18. cap. 18. commemorat: *Nilus ibi coloni vice fungens, euagari incipit, vt diximus, à Solstitio aut noua Luna, ac primò lentè, deinde vehementius, quàm diu in Leone Sol est. Mox pigrescit, in Virginem transgresso atq; in Libra residet. Si duodecim cubita non excesserit, fames certa est. Nec minùs, si XVI. exuperauerit. Tantò enim tardiùs decedit, quantò abundantiùs creuit, & sementem arcet.*

247. *Coniectus*] mſ. & Colon. contectus. 281. *Cogumtur in alueum*] M. & Colon. — *tum redditur alueò*

Pristina riparum conclusis fluctibus obex,

(vel vt mſ. habet, objex) donec diuiduũ, &c. 284. *Pertendit*] M. C. percurrat. 285. *Cur autem*] M. & C.

Sed cur dicatur, tantùm mundana latere

Vertex Nile tuus? nam qui nesciris, &c.

287. *Erat*] M. & C. eris. 291. *Quartus*] M. & C. Quartus Phison erit, quem posidet India Gangen. Al. rectiùs: Quartus erit Phison. 284. *Prælambens*] mſ. Prælabens. 295. *Vtraq; est*] M. & C. tantùm: ripa largus vtraq;. 296. *Vtq; istis*] mſ. aut nostris. Col. vt nostris. 301. *Parentes*] M. & C. Ponũtur sede beati. Tum rector, &c. 306. *Permultas famuletur opes*] è mſ. & Col. Nam Fabricianus codex habet: Diuitijs tumet immensis. 311. *Est tamen*] Col. Fit tamen. 314. *Ne vos*] mſ. & C. Nec vos forte. 315. *Quæ prohibet*] M. & C. Quod doctor prohibet. 317. *Præsumserit*] è mſ. & C. Nam. Fabr. legit: Quod si quis vetitum decerpat ab arbore pomũ. 320. *Mortem*] ex Arg. mſ. & C. malunt: finem temerator habebit. 322. *Omni*] M. A. & C. cuncto. 326. *Aulam*] mſ. auram. Col. & reliquæ editiones habent, aulam.

ALCIMI AVITI,

Liber Secundus,

DE PECCATO ORIGINALI.

VTitur interea venturi nescia casus
Libertas secura bonis, fruiturq; beatâ
Vbertate loci: largos hinc porrigit illis
Tellus promta cibos: fruticis quin semper opimi
Sumitur alternus tenui de cespite fructus.
Nam si curuati fœcundo pondere rami
Mitia submittunt sublimi ex arbore poma:
Protinus in florem vacuus turgescere palmes
Incipit, inq; nouis fructum promittere gemmis.
Iam si prædulces delectat carpere somnos:
Mollibus in pratis, pictaq; recumbitur herba.
Cumq; voluptati sacrum nemus offerat omnes
Delicias, opibusq; nouis se præbeat amplum:
Hinc suaues epulas capiunt, escamq; requirunt:
Quanquam nulla fames cogit, nec lassa fouendo
Indigus hortatur compleri viscera venter.
Et nisi concessum libuisset noscere pastum:
Esuries ignota cibos non poscere vllos,
Nullaq; constantem fulcirent pabula vitam.
Interea nondum transgressi iussa parentes
Corpora nuda vident: nec mutua cernere membra

Dispu-

Dissudet: ipsa rudis fœdum nil sentit honestas.
Non natura hominis, vitium sed caussa pudori est.
Nam quæcunq; bonus formauit membra creator,
Cur pudibunda forent? neq; enim summi ante relicta
Iussa Dei, quicquam conspectu turpe, sed ipsa
Tunc mens intactos seruabat candida visus.
Quin & talis erat naturæ gloria primæ,
Angelicæ qualis narratur gloria vitæ
Sidereas habitare domos: qualemq; redemtis
Spondet reddendam mortis post tempora Christus:
Quis neq; coniugium curæ, nec fœdere turpi
Miscuerit calidos carnalis copula sexus. (ptas,
*Quando aberit gemitus, * luxus, metus, ira, volu-*
Fraus, dolor, atq; dolus, mœror, discordia, liuor,
Nullus egens, nullus cupiens: sed pace sub vna
Sufficiet cunctis sanctorum gloria Christus.

His protoplastûm sensum primordia sacra
Continuere bonis: donec certamine primo
Vinceret oppressos fallacem culpa per hostem.
Angelus hic fuerat dudum, sed crimine postquam
Succensus proprio tumidos exarsit in ausus,
Se semet fecisse putans, suus ipse creator
Quòd fuerit, rabido concepit corde furorem,
Autoremq; negans: diuinum consequar (inquit)
Nomen, & æternam ponam super æthera sedem,
Excelso similis, summo nec viribus impar.
Talia iactantem præcelsa potentia cœlo

Matth. 22. 30.

* Al. luctus.

Iecit, & eiectum prisco spoliauit honore,
Quiq; creaturæ præfulsit in ordine primus,
Primas venturo pendet sub iudice pœnas.
Illum quandoquidem grauior sententia punit
,, *Quem mirũ cecidisse putes : nam* crimen aceruat
Luc.12. ,, Autor, in ignaro minor est peccante reatus,
48. ,, Durius idq; malũ, quod maior fecit, habetur
Sed quòd viuaces pertendit in abdita sensus,
Quodq; futura videt, rerumq; arcana resignat,
Angelici feruens supereſt natura vigoris.
Horrendum dictu, signisq; notabile monstrum.
Nam quicquid toto dirum committitur orbe,
Iste docet, scelerumq; manus ac tela gubernat,
* Rectiùs forsan : imitantia. *Pugnat & occultus, per publica crimina, latro.*
Et nunc sæpe hominum, nunc ille in sæua ferarum
*Vertitur ora, subinde nouos * mutantia vultus.*
Alitis interdum subitò mentita volantis
Fit species, habitusq; iterum confingit honestos.
Rursum etiam apparens formoso corpore virgo,
Pertrahit ardentes obscena in gaudia visus.
Sæpe etiam cupidis argentum immane coruscat,
Accenditq; animos auri fallentis amore,
Delusos fugiens vano phantasmate tactus.
Nulli certa fides constat, vel gratia formæ,
Sed quo quenq; modo capiat, teneatúe nocendo,
Opportuna dolis, clausæq; accommoda fraudi,
Sumitur exterior simulata fronte figura.
Maior adhuc etiam sæuo permissa potestas,
Tersanctum vt vincat : dudum collata creato

Sic

Sic natura valet, rectam quam condidit autor,
Sed pòst ad pravos subversor transtulit vsus.
Vidit vt iste novos homines in sede quieta
Ducere felicem nullo discrimine vitam,
Et lege accepta domino famularier orbis,
Subiectisq; frui placida inter gaudia rebus:
Commouit subitum cœli scintilla vaporem,
Excreuitq; calens in sæva incendia livor.
Vicinum tunc fortè fuit cum decidit alto
Tempus, & innexam traxit per prona catervam:
Hoc recolens, casumq; premens in corde recentem,
Plus doluit perijsse sibi, quod possidet alter. Sap. 24.
Tunc mixtus cum felle pudor, sic pectore questus,
Explicat, & tali suspiria voce relaxat:
Proh dolor, hoc nobis subitũ consurgere plasma,
Invisumq; genus nostra creuisse ruina?
Me celsum virtus habuit, nunc ecce neglectus
Pellor, & angelico limus succedit honori,
Cœlum terra tenet, vili compage levata
Regnat humus, nobisq; perit translata potestas.
Nec tamen in totum perijt, pars magna retentat
Vim propriam, summaq; cluit virtute nocendi.
Nil differre iuvat: iam nunc certamine blando
Congrediar, dum prima salus, experta nec vllos
Simplicitas ignara dolos ad tela patebit.
Nam meliùs soli capientur fraude, priusquam
Fœcundam mittant æterna in secula prolem.
Immortale nihil terra prodire sinendum est.
Fons generis pereat, capitis defectio membris

Semen mortis erit: pariat discrimina lethi
Vitæ principium: cuncti feriantur in vno,
Non faciet viuum radix occisa cacumen.
Hæc mihi deiecto tantùm solatia restant.
Si nequeo clausos iterum conscendere cœlos,
His quoq; claudentur: leuius cecidisse putandũ est,
Si noua perdatur simili substantia casu.
Sit comes exilij, subeat consortia pœnæ,
Et, quos præuideo, nobiscum diuidat ignes.
Sed ne difficilis fallendi caussa putetur, (curri
Hæc monstranda via est, dudum quam sponte cu-
In pronum lapsus: quæ me iactantia cœlo
Expulit, hæc hominem Paradisi è limine pellat.
Sic ait, & gemitus vocem clausere dolentis.
Fortè fuit cunctis animalibus altior astu,
Aemulus arguto callet qui pectore serpens:
Huius transgressor de cunctis sumere formam
Eligit, aërium statim sibi corpus adaptans,
Inq; repentinum mutatus tenditur anguem.
Fit longa ceruice draco, splendentia colla
Depingit maculis, teretisq; volumina dorsi
Asperat, & squamis per terga rigentibus armat.
Qualis vere nouo, primis cum mensibus æstas
Præmittit lætos post frigora pigra tepores,
Euadens veterem reparatis motibus annum,
Et siccum nitido discingens corpore tegmen,
Procedit coluber, terrarumq; abdita linquens,
Præfert terribilis metuendum forma draconem.
Dira micant oculi, tum lumine visus acuto

Lætior,

Lætior, optatum discit consuescere solem.
Nunc stridet blandũ, crebro nunc carmine fauces
Ludunt, & trifidam dispergunt guttura linguam.

Ergò vt vipeream malesuada fraude figuram
Induit, & totum fallax processit in anguem,
Peruolat ad lucum: tum fortè rubentia læti
Carpebant iuuenes viridi de palmite mâla.
Hîc veritus serpens, firma ne mente viriti
Non queat effuso subuertere corda veneno,
Arboris in vetitæ spiris reptantibus altum
Porrigitur, tractumq; suum sublimibus æquans,
Auditum facilem leni sic voce momordit:
O felix, mundiq; decus pulcerrima virgo,
Ornat quam roseo præfulgens forma pudore,

Tu generi ventura parens, te maximus orbis
Expectat matrem, tu prima & certa voluptas
Solamenq́; viri, sine qua nec viuere possit,
Vt maior, sic iure tuo subiectus amori,
Cui iuncta es, pulcram reddas vt tempore prolem.
Vobis digna datur Paradisi in vertice sedes:
Vos subiecta tremit famulans substantia mundi,
Quod cœlum, quod terra creat, quod gurgite magno
Producit pelagus, vestros confertur in vsus.
Nîl natura negat, datur ecce in cuncta potestas.
Non equidem inuideo, miror magis: vt tamen vna
Contineat liber dulci super arbore tactus,
Scire velim: quis dira iubet, quis talia dona
Inuidet, & rebus ieiunia miscet opimis?
Hîc malè blanditam fixerunt sibila vocem.
Quis stupor ô mulier mentem caligine clausit
Cum serpente loqui? verbum committere bruto
Non pudet, vt vestram præsumat bellua linguam?
Et monstrum pateris, responsumq́; insuper addis?
Ergò vbi mortiferum seductilis Eua venenum
Auribus accipiens, cladi consensit iniquæ,
Tunc ad serpentem vano sic ore locuta est:
Suauibus ô pollens coluber dulcissime verbis,
Non, vt rere, Deus nobis ieiunia suasit,
Nec prohibet largo curari corpora pastu.
Ecce vides epulas, totus quas porrigit orbis.
Omnibus his licitò genitor promtissimus vti
Præstitit, & totas vitæ laxauit habenas.
Hæc sola est nemoris medij, quam perspicis, arbor

Inter-

Interdicta cibis, hæc tantùm tangere nobis
Poma nefas : diues præsumit cætera victus.
Quòd si libertas temerârit noxia legem,
Iurans terribili prædixit voce creator,
Quadam nos statim luituros morte reatum.
Quid verò mortem appellet, doctissime serpens,
Pande libens : rudibus nobis incognita res est.
Callidus inde draco, & lethi tũ sponte magister,
Interitum docet, & captas sic fatur ad aures:
Terroris vacuum formidas fœmina nomen.
Nequaquam vos dira manet sententia mortis,
Sed pater inuisus sortem non contulit æquam,
Nec vos scire dedit, sibimet quæ summa reseruat.
Quid iuuat ornatũ comprendi aut cernere mundũ,
Et cæcas misero concludi carcere mentes?
Corporeos pariter sensus, oculosq; patentes
Et brutis natura dedit: Sol omnibus vnus
Seruit, ab humano nec distat bellua visu.
Consilium mage sume meum, mentesq; supernis
Insere, & erectos in cælum porrige sensus.
Namq; id quod vetitum formidas tangere pomũ,
Scire dabit, quæcunq; pater secreta reponit.
Tu modò suspensos tantùm ne contrahe tactus,
Ne captiua diu frenetur lege voluptas.
Namq; vbi diuinum libaueris ore saporem,
Nox purgata suo faciet tua lumina visu
Aequiparare deos, sic sancta vt noxia nôsse,
Iniustum recto, vero discernere falsum.
Talia fallaci spondentem dona susurro,

Credula ſubmiſſo miratur fœmina vultu,
Et iam iamq; magis cunctari, & flectere ſenſum
Incipit, & dubiam letho plus addere mentem.
Ille vt vicino victam diſcrimine ſenſit,
Atq; iterum nomen memorans, artemq; deorum,
Vnum de cunctis lethali ex arbore malum
Detrahit, & ſecum nutanti protinus offert.
Nec ſpernit miſerum mulier malè credula munus,
Sed manibus pomum ignaris lethale retractans,
Naribus interdum labijsq; patentibus vltrò
Iungit, & ignorans ludit de morte futura.
O quoties ori admotum compuncta retraxit,
Audacisq; mali titubans ſub pondere dextra
Ceſſit, & effectum ſceleris tremefacta refugit!
Dîis tamen eſſe cupit ſimilis, ſerpitq; venenum
Ambitione nocens: rapiunt contraria mentem,
Hinc amor, inde timor: dubiam iactantia pulſat,
Interdumq; etiam lex ſubuenit: æſtuat anceps
Diuidui cordis dira inter prælia fluctus.
Nec tamen incentor deſiſtit fallere ſerpens,
Oſtentatq; cibum dubiæ, queriturq; morari,
Et iuuat in lapſum pendentis prona ruinæ.
Vt tandem victæ grauior ſententia ſedit,
Aeternam tentare famem, per criminis eſcam,
Serpentem ſatiare cibo quem ſumeret ipſa:
Annuit inſidijs, & pomum morſa momordit.
Dulce ſubit virus, capitur mors horrida paſtu.
Continet hîc primum ſua gaudia callidus anguis,
Diſſimulatq; ferum victoria ſæua triumphum.

Ignarus

Ignarus facti, diuersa ex parte reuertens
Adam, diffusi lætus per gramina campi,
Coniugis amplexus, atq; oscula casta petebat.
Occurrit mulier, cui tunc audacia primùm
Flabat fœmineos animosa in corda furores,
Et sic orsa loqui: (semesum namq; gerebat
Asseruans misero pomum exitiale marito)
Sume cibum dulcis vitali ex arbore coniux,
Quod similes summo faciet nos esse Tonanti,
Numinibusq; pares: non hoc tibi nescia donum,
Sed iam docta fero: primus mea viscera gustus
Attigit, audaci dissoluens pacta periclo.
Crede libens: mentem scelus est dubitâsse virilem,
Quod mulier potuit: præcedere fortè timebas,
Saltem consequere, atq; animos attolle iacentes.
Lumina cur flectis? cur prospera vota moraris?
Venturoq; diu tempus furaris honori?
Hæc effata, manu victuræ fercula mortis
Intereunte anima, lethum dum crimina pascunt,
Porrigit infausto coniux insana marito.
Accipit infelix malesuadi verba susurri,
Demisitq; suos ad noxia crimina sensus.
Non illum trepidi concussit cura pauoris,
Nec quantum gustu cunctata est fœmina primo,
Sed sequitur velox, miseræq; ex coniugis ore
Constanter rapit inconstans dotale venenum,
Faucibus & patulis inimicas porrigit escas.
Vix vno pomum libârat succida morsu
Ingluuies, summumq; dabat vix esca saporem:

Ecce repentinus fulgor circumstitit ora,
Lugendoq; nouos respexit lumine visus.
Non cœcos natura dedit, nec luminis vsu
Priuatum peperit formæ perfectio vultum.
Nunc verò mage cœcus eris, cui non satis illud
Noscere, quod tantus voluit te nôsse creator.
Ad vitam vobis cernendi facta facultas,
Nunc verò lethum, sed vestra sponte, videtis.
Tum patuisse gemunt oculos: nam culpa rebellis
Fulsit, & obscenos senserunt corpora motus.
Tunc primùm nudos (dubium quid dicere possim,
Extinctus, natúsne pudor) circumspicit artus.
Erubuit propriæ tunc mens sibi conscia culpæ,
Rom.7.23 *Pugnauitq; suis carnis lex indita membris.*
Namq; hinc posteritas vitiato germine duxit
Artibus illicitis cognoscere velle futura,
Arcanisq; sacris tardos immittere sensus:
Edita vel cælo, vel tetro mersa profundo
Rimari, inq; cauas naturæ irrumpere leges:
Quærere quàm dextro quisquam sit sidere natus,
Prospera quàm ducat restantis tempora vitæ,
Dissimilem paribus prouentum discere signis.
Nec non & geminos vno sub tempore fusos,
Quos indiscretus luci subduxerit ortus,
Motibus aduersis varia sub sorte notare.
Indigetes quosdam stellis asscribere diuos,
Iunior antiquis ætas quos prætulit astris,
Atq; infernali iamdudum nocte sepultis,
Vana per immensum disponere nomina cœlum.

Iam

Iam magicâ dignè valeat quis dicere fraudem, 295
Occultas tacito tentantem pectore vires?
Legifer vt quondam vates, ſub rege ſuperbo, Ex.7. 11.
Dum noua monſtraret iuſſi miracula ſigni,
Commouit liuore magos, vt talia tentent,
Accumulentq; ſuas zelo feruente ruinas. 300
Quîs forſan ſi ſuppeteret non vana poteſtas,
Demere, non etiam properarent addere monſtra.
Aemula ſed ſignis tantùm, non viribus æqua,
Quod remouere nequit, duplicata ſuſtinet ira.
Hinc eſt laudato quod poſſunt crimine Marſi, 305
Cùm tacita ſæuos producunt arte dracones
Abſentes, & ſæpe iubent confligere ſecum.
Tunc vt quiſq; grauem bello perſenſerit hydrum,
Aſpidis aut duræ clauſas cognouerit aures:
Concutit interiùs ſecreti carminis arma. 310
Protinus & laſſis verbo lactante venenis,
Mox impunè manu coluber tractatur inermi, Sir.12. v. 19. al. 13.
Et morſus tantùm, non virus, in angue timetur.
Interdum perit incantans, ſi callida ſurdus Pſal.85.4
Adiuratoris contemſit murmura ſerpens. 315
Hoc quoniam de matre trahunt, & origine prima,
Anguimeæ fraudis quod ſic linguæq; periti,
In ſpeciem reddunt commercia mutua fandi.
Nec minùs hos pulſat temeraria cura ſciendi,
Angit præſcitus ducti quos terminus æui. 320
Cùm tamen eductas inferni ſedibus vmbras
Colloquium miſcere putent, & nota referre:
Spiritus erroris ſed qui bacchatur in illis,

Ad con-

Ad consulta parat vanis responsa figuris.
Ne verò multis dicamus singula verbis,
Præsenti illusus, damnabitur ille perenni
Iudicio, quisquis vetitum cognoscere tentat.
Nec iam sola fuit scrutatrix Eua malorum:
Dicam nunc aliam tali quæ peste laborans,
Nescia parendi Domino, mandata neglexit:
Quanquã nec similem caussam contendero, cùm nec
Tum mage consultum seduxerit illa maritum.
Peccandi quasdam feruor succenderat vrbes,
Omnia permittens laxatis crimina frenis.
Incestus vice legis erat, ius sola regebat
Luxuries, regni sedem metata voluptas,
Indigenas populos domina sub carne tenebat,
Gen. 18. *Et scelerum ingenti studio, quæ iusserat olim*
20. *Subiectos fugitare viros respublica, ab illis*
Abstinuisse nefas, & non peccâsse, pudendum
Esa. 3. 9. *Credebant omnes, facinus quos iunxerat vnum.*
Talibus offensus, iudex atq; arbiter orbis
Cum fureret, flammasq; loco, finemq; pararet:
Quendam dissimilem cunctis, tectoq; latentem,
Qui tunc forsan erat Sodoma peregrinus in vrbe,
Vnum inter multos verbis Loth conuenit istis:
Oppida lasciuo iamdudum plena furore,
Respergunt cœlum maculis, nostrasq; fatigant,
Quamuis obstructas, scelerum clamoribus aures.
Imminet exitium: tellus succensa reatu
Gen. 19. *Ignibus ardebit: restinguet fulminis imber,*
v. 12. 13. *Quæ non extinxit feruentia crimina fletus.*
14.

Ipſa in perpetuas ſoluetur terra fauillas, Sap. 10.
Conſeruans cineres poſt dira incendia viuos. v. 7. 8.
Tu nunc linque domum, perituras deſere terras:
Nam rea cum dignis ſubſident arua colonis.
Sed tamen interea ne te coniunxeris illis,
Ne fortè impendens lethum coniungat eiſdem:
Virgineamq; abduc ſobolem, ſolatia coniux
Augeat: iis tantùm ſocijs contentus abito.
Accelerate fugam, & contendite tramite recto,
Nec ſubuertendas quiſquam reſpexerit vrbes.
Eſte mali expertes: pœnas, quicunq; videbit,

Sentiet, atq; ſua mortis ſpectacula ſecum,
Qui meruêre, ferent: ſaluandis terror abeſto.
Hæc pater: aſt illi properant abſcedere terra,

Inci-

Gen. 19. *Inciduntq́; moras, crudeliaq́; arua relinquunt.*
24. *Cœperat obduci denſa caligine victum*
Atq; ignota prius demittere murmura cœlum,
Nec ſic, vt tonitru crebrò cum percitus æther
Oſtentat pauidis innoxia fulmina terris:
Sed prorſus finale malum terrore minaci
Tetra per aërios mittebat ſigna tumultus.
Tendebant moniti ſimul, & mandata tenentes,
Conceſſam rectis ad ſedem vultibus ibant.
Callidus, alta petens, ſed qui ſubuerterat Euam
Serpens, fœmineam conſuetus tangere mentem
Hîc quoq; formidans animum tentare virilem:
Inſpirat miſeræ cognoſcere velle ruinas,
Et ſimul euaſas viſu deprendere clades.
O crudelem animi, non iam tibi ſufficit vnam
Succubuiſſe dolo? & funeſta clade nepotes
Affeciſſe ſuos? ô ſtulti inſania ſexus.
Quid ſtolida affectas fruſtrari parte bonorum,
Dum mala noſſe cupis? ſi nos exempla priorum
Non terrent, noſtro fies exempla timori,
Vel pòſt te pereat ſcrutandi dira libido.
Gen. 19. *Illicitum quod ſcire fuit, vetitumq́; tueri,*
26. *Reſpicies tantùm, nec narratura videbis.*
Ergò vbi maiorem vicina ex vrbe tumultum
Accepit mulier, vultum deflexa retortum,
Vix primo in viſu reſtrictis motibus hæſit,
Cernere deſiſtens cum cœperat: inde gelato
Sanguine marmoreus perfudit viſcera torpor.
Diriguêre genæ, pallor nouus inficit ora.

Luminæ

Lumina nec clauſit, nec ſaltem concidit illo
Pondere, quò pulſant collapſa cadauera terram:
Sed ſtetit horrendo pellucens maſſa nitore,
Seruauitq; ſuam ſpecies decepta figuram.
Nec facilè vt nôſſes, vitrum, lapis, an'ne metallum
Succedens homini, niſi ſal guſtu indicet ipſo.
Extunc inſipido mulier præuenta reatu,
Plus ſalſum ſine mente ſapit, quæ pungere ſenſus,
Exempliq; poteſt ſalibus condire videntes.
Hoc tamen hîc mirum eſt, quòd Loth non flectitur, ipſam
Nec ſociam ſequitur, primo conſtantior Adam.
Quanquam id credo magis factũ, quia viſa referre
Iam nequit elinguis: quæ ſi comperta referret,
Forſan & in ſimiles auſus temeraria traxet,
Credulo vt impoſuit virgo primæua marito.
Quæ poſtquam ſeſe pariter comitemq; fefellit, Gen. 3. 6.
Et nondum natam percuſſit vulnere prolem:
Tum victor ſerpens certamine lætus ab ipſo,
Puniceam criſpans ſquamoſo in vertice criſtam,
Nec iam' diſſimulãs, quem preſſerat ante, triumphũ,
Acrior inſultat victis, & talibus infit:
En diuina manet promiſſæ gloria laudis,
Quicquid ſcire meum potuit, iam credite, veſtrũ eſt.
Omnia monſtraui, ſenſumq; per abdita duxi,
Et quodcunq; malum ſolers natura negabat
Inſtitui, pactumq; meum, ne fortè negetis,
Seruaui, & firma voſmet mihi ſorte dicaui.
Nec Deus in vobis, quamuis formauerit antè,

Iam

Iam plus iuris habet: teneat quod condidit ipſe,
Quod docui, mecum eſt: maior mihi portio reſtat.
Multa creatori debetis: plura, magiſtro.
Dixit, & in media trepidos caligine linquens
Per medium fugiens euanuit aëra corpus.

NOTÆ AC LECTIONES DIVERSAE IN ALCIMI Auiti librum II.

V. 3. *Hinc*] Mſ. Hic porrigit illis. v. 4. *Semper opimi*] mſ. alter opimi ſumitur aſsiduus. Colon. aſsiduis. 6. *Nam ſi*] mſ. & C. At ſi curuati. 9. *Fructum*] M. & C. fœtum. 12. *voluptati*] M. A. & C. voluntati. Sed prior lectio huic anteferenda eſt, quòd appellationi Ebraicæ, Gen. 2, 15. reſpondeat. 14. *Hinc ſuaues*] Col. ſic epulas. mſ. Hìc epulas tunc hi capiunt, eſcamq́; requirunt, Compellit quod nulla fames. Argent. Compellit quos nulla fames. 19. *Conſtantem*] Sic è mſ. & Col. legere malim, quàm cum Fabricio: Nulla fameſcentem. Senſus enim eſt: Niſi animi aut voluptatis gratia, fructibus Paradiſi interdum veſci libuiſſet: neceſsitate aut fame nequaquam eò adigerentur. Nulla enim pabula fulcirent vitam alioqui per ſe conſtantem, ideoq; cibo non indigentem. 20. *Interea nondum*] Manuſcriptum & Colonienſe, integrum hunc verſum omittunt, & proximè ſequentem prioribus hoc modo annectunt:

Corpora nuda vident: (Colon. *videre*) *& mutua*
cernere membra
Non pudet, at q; rudis fœdum nîl ſentit honeſtas.

Non

Non natura hominis : vitij ſed cauſſa, pudori eſt.

V. 25. *Neq; enim ſummi*] mſ. & Col. Carnis pòſt compulit vſus. Arg. Cur pudibunda forent, carnis quibus indiget vſus? Tunc mens. *28. Quin & talis erat*] Totus hic verſus in mſ. A. & Col. deſideratur. *33. Miſcuerit*] M. & C. miſcebit. *34. Quando aberit*] mſ. & C. ceſſabit gemitus. *41. Fuerat dudum*] mſ. & Col. Angelus hic dudum fuerat. *43. Se ſemet feciſſe putans*] è mſ. & Argentinenſi, quorum lectio alludere videtur ad dictum Pſalmi 100. 2. Ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Fabr. manult:

Se feciſſe putans, mox tanquam conditor eſſet
Ipſe ſui, rabido concepit corde furorem.

47. Summo] è loco Eſa. 14. 14. In mſ. & Col. eſt, ſummis. *52. Illum quandoquidem*] mſ. & Col. Quandoquidem talem grauior ſententia punit. *53. Putes*] Argent. putas. *54. In ignaro*] Col. in ignoto. *55. Idq;*] mſ. & Col. Durius atq; malum, quod maior fecit, habetur. Non longè diſtat ab illo Iuuenalis, Sat. 8. v. 139.

Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto maior, qui peccat, habetur.

63. Nunc ille] Arg. Nunc atq; in ſæua ferarum. *64. Subinde nouos*] mſ. & Col. nouos varians fallentia vultus. *67. Rurſum etiam*] mſ. & Col. Apparens nec non pulcro ceu corpore virgo. *68. Pertrahit*] è mſcript. & Argentinenſi. Colon. Protrahit. Fabr. Illic ardentes obſcena in gaudia viſus. Quem verſum Typographi incuriâ deprauatum ſuſpicor. Niſi enim ab initio legas, Illicit ardentes, &c. ſenſus planè mutilus relinquetur. *73. Teneatque*] M. & Col. teneatq; *75. Fronte*] è mſ. & Col. Nam in codice Fabriciano eſt: ſimulata mente.

77. Vt vincat] mſ. vt tentet: veruntamen altera quoq; lectione ad marginem annotata. Col. omiſſa coniunctione: Terſanctum vincat. *80. Quieta*] Arg. beata. *81. Vitam*] mſ. Vitam, & Lege ſub accepta.

86. Vicinum] mſ. & Col. Vicinus tunc fortè fuit cùm decidit alto Lapſus, & innexam. *94. Ecce neglectus*] mſ. & Col. ecce reiectus. *100. Nil differre*] mſ & Col. Nec differre iuuat. *102. Ignaua*] mſ. & Col ignaua. Ibidem: *Ad tela patebit*] Col. pauebit. *103. Nam*] mſ. Col & meliùs. *106. Defectio*] mſ. & Col. capitis deiectio victa. *110. Tantùm*] Ex Argent. & Fabr. Mſcriptum enim & Col. legunt, tandem. *114. Exilij*] mſ. & pleræq; editiones habent, excidij. Sola Argentinenſis, quæ vetuſtiſsima eſt, agnoſcit nomen Exilij, quod ad hiſtoriam de eiectione primorum parentum, Gen. 3. 24. deq; huius antidoto, nimirum fuga Chriſti exulantis, Matth. 2. 13. rectiſsimè quadrat. *117. Sponte*] In Fabrician. eſt: Quam ſæpe cucurri. Sed perperam. Diabolus enim ſemel tantùm ſe *libera voluntate* à Deo auertit, & odio capitali aduerſus Deum ac vera Eccleſiæ membra exarſit, quod nunquam deponet, Gen. 3. 15. Apocal. 12. v. vlt. Quamobrem potiùs ſequor autoritatem manuſcripti & Colonienſis, vbi extat:

Hæc monſtranda via eſt, dudum quam ſponte cucurri,
In pronum lapſus.

118. *Cœlo*] mſ. & Col. iactantia regno Depulit. 119. *Pellat*] Ex Argent. mſ. & Col. Paradiſi limine

mine pellit. *121. Animalibus*] mſ. & Col. animantibus. *124. Statim*] Sic v. 183. Quadam nos ſtatim luituros morte reatum. Hodie priore correpta frequentiùs vſurpatur. mſ. & Colon. leguntur : aërium circumdans tegmine corpus. Vid. infr. v. 428. *131. Euadens*] mſ. & Col. Nam hi verſus apud Fabricium paulò aliter leguntur, vt πρόσωσις huius ſimilitudinis, potiùs ad æſtatem, quàm ad colubrum referenda videatur :

Euadit veterem renouatis motibus annum,
Sicca virescenti permutans germina fronde :
Sic prodit coluber lucenti pelle tumescens,
Et tandem egrediens, terrarumq; abdita linquens.

Atqui ſerpentibus hoc natura inditum eſſe, vt ſub initium veris cutem exuant, atq; hoc pacto reiuueneſcant: complurium ſcriptorum teſtimonijs probari poteſt, quæ in Similitudinibus ſacris ad locum Matth. 10. 16. annotaui. *134. Profert*] Arg. Profert terribilis metuendum forma draconem. mſ. non incommodè : metuendum forma decorem. *137. Stridet*] mſ. Nunc ſibilat blandum : contra metrorum legem, & poëtæ noſtri autoritatem, infr. v. 164. procul dubio ex ſcholijs interlinearibus (vt vulgò appellant) in contextum carminis aſcitum. *137. Nunc carmine*] Ex A. C. & F. In mſ. & Lugdunenſi eſt : crebro ceu carmine. *141. Tum*] M. & C. nam fortè. *142. Iuuenes*] Synecdoche eſt, vel Enallage numerorum, dualis pro ſingulari, qualis etiam Matth. 27. 44. deprehenditur. Hæc enim Adamo abſente geſta fuiſſe, autor infra v. 237. docebit. *143.*

Hîc] M.& C. Tùm veritus. *144. Effuſo*] M. & C. iniecto. *145. In vetitæ*] M. & C. Arboris erectæ ſpiris reptantibus alto Porrigitur. *152. Nec viuere poßit*] M. & C. non viueret ipſe. At maior, &c. Arg. Lugdun. & Fabr. vt maior. *154. Cui iuncta es*] M. & C. Prædulcis coniux, reddes cui fœdere prolem. *160. Non equidem*] Imitatione Virgilij, Ecl. 1. v. 11. *Vt tamen vna*] Hic Adonicus, cum duobus hexametris proximè ſequentibus, è mſ. A. & Col. huc tranſlatus eſt: Pro quibus Fabricianus codex legit:

——— *attamen iſta*
Cur Deus inuidit vobis ex arbore fructus?
Scire velim, quis dira iubet, quis talia dona

Inuidet, &c. Duriuſculè, niſi diſtinctionem poſt verbum interijcias, vel Enallagen modorum conſtituas, vt legem Grammaticorum de infinito ſubiuncto aſſeramus. *163. Et rebus*] Col. hæc rebus. *164. Fixerunt*] è mſ. C. B. L. & Fabr. rectiùs quàm ex Arg. finxerunt. *165. Quis ſtupor*] M. & Col. Qui ſtupor. Argent. Quis furor. *167. Vt veſtram*] Arg. vt noſtram. *172. Pollens*] mſ. Polles. *176. His licitò*] Col. & Fabr. Omnibus ijs licitè. *177. Vitæ*] è mſ. & Col. Fabricio eſt: Totas eſu laxauit habenas. *179. Tangere nobis*] mſ. & col. hæc tantùm tangere poma Non licitum: diues præſum. *181. Quod ſi*] M. & C. Nam ſi libertas temeraret noxia legem. *183. Statim*] ſupr. v. 124. *184. Quid verò*] mſ. & colon.

Quid nocet? & mortem tu nunc doctiſſime ſerpens
Pande libens, quoniam rudibus non cognita res eſt.

Arg. Quid vocet & mortem. Alij rectiſsimè: Quid

voci-

vocitet mortem. *189. Nequaquam*] mſ. & col. Non veniet vobis rapidæ ſententia mortis. Arg. diræ ſententia mortis. *195. Et brutis*] mſ. & col. Sic brutis natura creat. *196. Seruit*] Sic Dracontius in Hexaëmero, v. 495.

Sol oculus Cœli, FAMVLVS *ſuper aſtra Tonantis.*

Vterq; procul dubio alludit ad proprietatem linguæ Ebraicæ, vbi Sol à miniſtrando dicitur: vel שֶׁמֶשׁ certè ad σοφίσμα illud δείπνιδον, vt Euſeb. lib. 6. ἀποδ. cap. 8. nominat:

εἴθ' ἥλιος μὴ νύξ τε δηλεύειν βροτοῖς. Eurip.

Ab humano] mſ. & C. & humano non diſtat bell. Phœniſſ. *198. Senſus*] mſ. vultus. *199. Namq; id*] mſ. & C. 549. Namq; hoc. *202. Voluptas*] è mſ. & Col. cum in Fabr. ſit, voluntas. *204. Faciet*] ex Arg. Nam in mſ. & Colon. eſt: facient tua lumina viſu Æquiparare Deos. *206. Vero*] mſ. & Col. falſum diſcernere vero. *212. Atq; iterum*] hunc verſum in Fabrician. planè omiſſum, è mſ. & Col. aſſumere libuit: quamuis in illo, ita ambiguus ſit literæ ductus, vt dubites, num arcẽm, an potiùs artem, legas. Argentinenſis certè editio, quæ omnium prima eſt, *artis* vocabulum retinet. Veruntamen nihil obſtat, quo minùs cum Colonienſi, alterum quoq; amplectamur. Nec diſſimulandum eſt, codicem mſ. hoc modo diſtinguere:

Atq; iterum nomen memorans artemq̃, deorſum
Vnum de cunctis lethali ex arbore malum

Detrahit. Quo pacto præpoſitio πολυπάξδ. Ego malim: nomen memorans artemq́; Deorum, quod cum textu Moſaico Gen. 3. 5. ac mente autoris, v. 205. & 222. maximè conuenit. *214. Et ſe-*

cum] mſ. & Colon. ——— ——— *Et ſuauem pulcrum* (ſeu mauis, pulcrè) *profundit odorem.*

Conciliat ſpeciem, nutantiq; inſuper offert.

216. Sed manibus] mſcript. Argent. & Colon. *Sed capiens manibus pomum lethale retractat, Naribus interd.*

224. Timor] manuſcript. & Colon. metus. *Dubiam*] Colon. Pulſat iactantia mentem. manuſcript. mente. *233. Et pomum*] mſcript. & Col. pomumque vorata momordit. *236. Ferum*] è mſcript. Argent. & Fabr. Col. Diſsimulat verum. *237. Ex parte*] mſcript & Argent. diuerſa è parte. *238. Lætus*] Colon. læti per gramina campi. *239. Caſta*] manuſcript. oſcula nota petebat. *241. Flabat*] è manuſcript. & Colon. Nam Fabricianus codex, procul dubio librarij vitio, habet: Flebat fœmineos. *245. Faciet*] Colon. faciat te fortè Tonanti, Numinibusque parem. Manuſcript. faciet te fortè Tonanti, Numinibusq; es par. *246. Non hoc tibi*] è manuſcript. & Colon. Pro quo Fabrician. Non hæc tibi neſcia, donum ſed iam docta fero. Manuſcript. & Colonienſ. feram. *250. Potui*] Manuſcript. & Colonienſ. Quod mulier potui. *251. Conſequere*] Colon. ſaltem me ſequere, atque anim. *254. Victuræ*] Argent. venturæ ferecula mortis. *255. Paſcunt*] Colon. lethum dum crimina paſcunt, Accipit infelix: verſu intermedio planè omiſſo. *256. Porrigit*] In manuſcripto: Explorata ſibi, porrexit ad ora mariti. Accipit infelix, &c. *258. Demiſitq;*] mſ.

Inflexosq; retrò deiecit in vltima ſenſus.

Col.

Col. ad vltima. *259 Cura pauoris* Nec *quantum guſtu*] è mſ. Fabric. enim legit: cauſſa pauoris: Nec tantum eſt guſtu cunctatus, fœmina quantum: Inſequitur velox. *264. Libârat*] mſcript. & Col. Fabric. libabat. *269. Priuatum*] mſ. & Col. Priuatam faciem peperit perfectio formæ. Nunc mage cœcus eris, cui iam non ſufficit illud noſcere. *272. Vobis*] è mſ. & Col. rectiùs, quàm in Fabr. vbi legitur, nobis. *273. Nunc verò lethum*] è Lugdun. Baſil. & Fabrician. Nam mſ. & Col. habent: Vos etiam lethum, veſtra ſed ſponte, videtis. *278. Tunc mens*] mſ. & Col. iam mens. *283. Merſa*] Ex mſ. & Col. pro eo, quod Fabricianus codex perperam legit, menſa profundo. *284. Inq; cauas*] mſ. & Col. & cautas naturæ irrumpere leges. *285. Quàm dextro*] mſ. & Col. Quærere nunc aſtris, quo quiſquam ſidere natus. *287. Paribus ſignis*] Ita Plinius lib. 7. cap. 49. *Homerus eadem nocte natos Hectorem & Polydamantra tradit, tàm diuerſæ ſortis viros. C. Mario, Cn. Carbone tertiùm Coſſ. ad V. Cal. Iunias, M. Cæcilius Rufus, & C. Licinius Caluus, eadem die geniti ſunt, Oratores quidem ambo, ſed tam diſpari euentu. Hoc etiam ijſdem horis naſcentibus in toto mundo quotidiè euenit, pariter q; domini ac ſerui gignuntur, reges & inopes.* *288. Fuſos*] Arg. natos. *289. Ortus*] In Fabr. eſt, orbis: quod è mſ. & Col. corrigendum cenſui. Loquitur enim de vanitate Aſtrologorum, qui infantibus vix etiam in lucem editis, themata natalitia conſtituere, deq; totius vitæ curriculo vaticinari audeant: cùm experientia teſtetur, ſæpe gemellos, propemodum vno eodemq; momento natos,

diuersa planè fortuna vti. Qua de re D. Augusti-
Tom. 1. nus, lib. 7. confessionum cap. 6. perquam elegan-
fol. 127. ter: *Intendi considerationem in eos, qui gemini nascuntur: quorum plerisq; ita post inuicem funduntur ex vtero, vt paruum ipsum temporis interuallum quantamlibet vim in rerum natura habere contendant, colligi tamen humana obseruatione non possit, literisq; signari omninò non valeat, quas Mathematicus inspecturus est, vt vera pronunciet. Et non erunt vera, quia easdem literas inspiciens, eadem debuit di-*
Gen. 25. *cere de Esau & Iacob, sed non eadem vtriq; accide-*
24. *runt. Falsa ergò diceret. Aut si vera diceret, non eadem diceret, si eadem inspiceret. Non ergò arte, sed forte vera diceret.* 293. *Nocte*] Fabr. mole. Sed malim cum mſ. & Col. legere, infernali nocte: quam è libro Sap. 17. 14. νύκτα ἐξ ἀϊδιωάτου ἅδου μυχῶν ἐπιλθοῦσαν, nominare possemus. 296. *Occultæ*] in mſ. & Col. Diuinis iungi virtutibus & cupientem. Legifer, &c. 301. *Quis forsan*] mſ. & Col. illis suppeteret rectà si fortè potestas demere, non etiam festinent addere monstra. 305. *Crimine*] Arg. & Fabr. carmine. Vtrunq; non incommodè. Illud tamen mihi potiùs arridet, quod in vetustissimo codice mſ. & Col. ita reperiatur, & cum sacræ scripturæ iudicio magis conueniat. Huiusmodi enim incantationes, absq; ingenti peccato suscipi non possunt, Deut. 18. 11. & 12. sed nihilominus à Magis, nescio cuius artis nomine, summoperè commendantur, Esa. 3. 9. Sap. 14. 22. & alibi quoq; non difficulter patronos inueniunt. 305. *Marsi*] De his Gellius libr. 16. cap. 11. *Gens in Italia Marsorum, orta fertur esse à*

Circes

Circes filio Marso. Propterea Marsis hominibus quorum duntaxat familiæ, cum externis cognationibus nondum etiam permista corruptæq; sunt, vi quadam genitali datum, vt serpentium virulentorum domitores sint, & incantationibus, herbarumq; succis faciant medelarum miracula. 309. Aspidis] in Fabriciano, partim Typographi, vt arbitror, partim etiam corruptorum exemplarium culpâ, legitur: Aspicit aut diræ clausas cognouerit iras. Quod è mſ. & Col. corrigo, vt sensus genuinus appareat, quem in Similitudinibus sacris, prolixè explicaui. Psalm. 58. v. 4. & 5. *311. Lassis*] è mſ. & Col. potiùs quàm, laxis, quod apud Fabr. legitur. *311. Lactante*] è Basil. & Lugdunensi. Nam Arg. & Col. huius loco substituunt, iactante. Fabr. lactente. *312. Inermi*] ex Argent. cum in mſ. & Col. sit, inermis. *318. In speciem*] mſ. & Col. Mutua per carmen reddunt commercia fandi. Arg. commercia fraudi. *319. Nec minùs*] mſ. & Col. nec minùs his, pulsat contraria cura saluti angit præscitus. *325. Ne verò*] mſ. & Col. Et ne porrecto dicamus singula verbo, Præsenti illuſ. *328. Nec iam*] hic versus cum alijs XLIII. proximè sequentibus, in nonnullis exemplaribus desiderantur, vsq; ad initium v. 371. sed prorsus finale malum. *328. Scrutatrix*] in Fabr. perperam est, seruatrix: cuius loco è mſ. & Col. repono, scrutatrix. *329. Peste*] mſ. & Col. --peste laborans, Et coniuncta viro, propriũ non vicerit Adam. Peccandi quasdam feru. *334. Omnia*] mſ. & Col. vnica. *335. Vice legis*] mſ. & Col. Incestus pro lege fuit, totumq; libido ius habuit: regni sedem met. *338. Ingenti studio*] mſ. & Col.

Et scelerum studio, fœda quod plebe locatis (al. localis) Dudum parendi promtis Respublica iussit. Abstinuisse nefas, &c. *341. Iunxerat*] mſ. vinxerat. *345. Qui tunc*] mſ. & Col. Qui tunc fortè fuit propria peregrinus in vrbe. Quod nonnulli ἀξύμωρον arbitrati, ex suo ingenio mutauerunt, contra scripturæ autoritatem, quæ D. Abrahamum, Lothi patruum, ijsdem propè verbis depingit, Ebr. 11. 9. *346. Vnum*] mſ. & Col. Atq; inter multos solum sic alloquitur Loth: Oppida lasc. *349. Aures*] Fabr. legit: vrbes. Sed mſ. & Col. habent, Aures: quod ad verba textus, Gen. 18. 21. & loca consimilia, (Ion. 1. 2, præsertim Esa. 5. 9. & Iac. 5. 4.) propiùs accedit. *350. Tellus succensa*] Itidem e mſ. & Col. cùm Fabricius legat: Nam incensa libidine tellus. *354. Conseruans*] mſ. & Col. Quæ viuos cineres, & post incendia, seruans, Sic solidum fingens discedet pallida tactum. [Colon, tactu] Tu nunc linq. *356. Nam rea*] mſ. itemq; Colon:

Et rea cum dignis subsidant arua colonis.
Nec tete impendens lethum coniunxerit illis.
Non iunxit quos vita: tibi solatia coniux
Præbeat, hac tantùm socia contentus abito.

361. Et contendite] mſ. & Col.

Accelerate fugam: tendatur tramite recto,
Neu subuertendas quisquam respexerit vrbes.
Vos, nescier malum: pœnas, quicunq;, subibit,
Aspiciet: mortisq; suæ spectacula secum,
Qui meruêre, ferent.

368. Densa caligine] mſ. victum caligine densa. *369. Demittere*] Col. dimittere. *372. Terrore*] mſ. stridore.

ſtridore. *378. Hîc quoq;*] è Baſilienſi, cum Fabricianus & pleriq; alij codices, præter autoris inentem, legant: Nil quoq; formidans. *379. Inſpirat*] mſ. & Col. Coniugis inſpirat votis, vt nôſſe ruinas Vellet, & euaſas viſu deprend. *381. O crudelem animi*] mſ. & Col.

O demens animi, cui iam non ſufficit, vnam
Succubuiſſe dolo: caruit iam parte bonorum.
Quæ mala cognouit: ſi non exempla priorum
Terrent, exemplum fies, noſtroq; timori,
Vel poſt te pereat ſcrutandi dira cupido.
Illicitum &c.

391. Accepit] è mſ. Fabr. audiuit. *391. Deflexa*] Arg. reflexa. *Retortum*] è mſ. & Colon. Fabr. *—deflexa retrorſum. 396. Nec clauſit*] mſ. & Col. non clauſit, non ſaltem concidit. *397. Collapſa*] mſ. demiſſa. *400. Nec facilè, vt nôſſes*] è mſ. & Col. Apud Fabr. eſt: Ne facilè noſſes, vitrum, lapis, an'ne metallum eſt. *401. Niſi ſal guſtu*] mſ. & Col. *— Si non ſal fauce notetur. 404. Condire*] ſic Auguſtin. lib. 16. de Ciuit. Dei, cap. 30. Vxor Loth, vbi reſpexit, remanſit: & in ſalem conuerſa, hominibus quoddam præſtitit condimentum, quo ſapiant aliquid, vnde illud caueatur exemplum. Idem in Pſal. 75. Facta eſt ſtatua ſalis, vt illius contemplatione condiantur homines, cor habeant, non ſint fatui, non retroſpiciant. Et de verbis Domini, ſecundùm Lucam, ſer. 29. vbi reſpexit, ibi remanſit. In ſalem conuerſa eſt, vt prudentes conderet exemplo. *405. Mirum eſt*] Col. Hoc tamen hîc magnum, quod Loth non flectitur. Manuſcriptum verò:

Tom. 5. f. 915.

Tom. 8. f. 836.

Tom. 10. fol. 11

magnum

—— magnum est, quod non inflectitur ipse,
Nec sequitur sociam, fortis nec vincitur Adam.
Credo equidem melius, quod non occurrerit vxor
Enarrare viro: nam si compertа referret,
Forsan & hunc visu suasisset temnere iussa,
Ceu proprium gustu fecit primæua virago.

415. Nec iam dissimulans] mſ. & Col. Iam non diſsimulans. *416. Talibus*] mſ. & Col. taliter infit. *417. diuina*] è inſ. & Col. Nam apud Fabric. eſt:

En affectatæ vobis est gloria laudis
Reddita, qui peruersa, simulq; etiam optima nôstis.
Cuncta ego vos docui, sensumq; per abdita duxi.

421. Pactumq; meum] mſ. & Colon.

Institui, dextrusq; dedi coniungere læuam:
Isthinc perpetua vosmet mihi sorte dicaui.

Fabr. mihi fortè dicaui. *423. Quamuis*] mſ. & Col. quanquam form. *428. Per medium*] mſ. & Col.

Confictum perijt fugiens per nubila corpus.

ALCI-

ALCIMI AVITI,

Liber Tertius.

DE SENTENTIA DEI.

TEmpus erat, quo Sol medium transcenderat axem Gen. 8.
Pronus, & excelsi linquens vastigia centri,
Vicina iam nocte leues præmiserat auras.
Illis sed maior curarum voluitur æstus,
Feruentesq́; tenent malè conscia corda dolores.
Tum pudor his capto detorquet lumina sensu:
Nec iam secura præstatur luce tueri
Signatam fixo peccati stigmate carnem.
Indumenta petunt, foliis vt mollibus ambo
Membra tegant, nudũq́; malum sub veste latescat.
Vmbrosis propter stabat ficulnea ramis,
Frondentes diffusa comas, quas protinus Adam,
Humentem capiens raso de cortice librum,
Assuit, & viridi solatur veste ruborem.
Induitur simili mulier lacrymabilis arte,
Quosq; aluit misero fallax insania pomo,
Vestiuit folio: sæua quos arbore nudos
Reddidit, hos grauius tenui de cortice texit.
Et tamen adueniet tempus, cum crimina ligni

Per

Per lignum ſanet, purgetq́; nouiſſimus Adam,
Materiamq́; ipſam faciat medicamina vitæ,
Ioh.3. 14. *Aureus ex alta cum pendens arbore ſerpens,*
Serpentis veteres morſus atq; omne venenum
Eluet, & veterem perimet ſua forma draconem:
Tunc etiam inuitum letho delebere lethum.
Interea genitor viridis per mollia luci
Rorantes ſudo capiebat ab aëre ventos.
Protinus attonitis ſenſerunt auribus ambo
Præſentem Dominum: triſti tum luce peroſam
Expauêre diem, detecto in crimine teſtem.
Tunc ſi illis ſpecubus vaſtis ſe fortè barathrum
Panderet, aut ſubitum tellus monſtraret hiatum,
Non pigeat prono trepidos deſcendere ſaltu.
Quòd ſi ſuppeteret iam tum ſententia lethi,
Hanc etiam raperet ſolandi cura pudoris:
Seu flammis lymphisúe daret, vel pectora ferro
Appeteret vindex crudeli vulnere dextra.
Sic miſeri mortem nondum diſcrimine notam,
Cùm primùm meruere, volunt: exordia finem
Signant, & ſimilem prædicunt affore luctum,
Qui manet in finem malè ductæ tempora vitæ,
Vltima cum mundi ſenium conſumſerit ætas,
Cumq́; repentinus percuſſerit omnia fulgor,
Cœlorum clangente tuba, qua nuncius ante
Iudicis aduentum concuſſum terreat orbem.
Matth.25. *Tunc cùm ſinceros paſtor diſcreuerit agnos,*
33. *Hœdis diſparibus diuerſa in parte locatis,*
Chaſmate diuiſa medio: quam fluctibus implet

Sulfu-

Sulfureis, voluens vndoſa incendia gurges
Flammarum ſtagnante lacu: quo feruida quondã
Dicitur attracto nubes Sodomitica nimbo
Guttatim ſparſum fudiſſe ob crimina fulmen,
Cùm plueret nox tetra focos, cœloq́; caduco
Aëra per calidum ſtillarent vndiq; mortes.
Taliter ignifero miſſi de fonte gehennæ,
Fluxerunt triſtes aliena in ſecula riui.
At quos terribili iudex decreuerit hora
Viuere poſt mortem, pœnaq́; ardere perenni,
Subtrahet optato grauior ſententia letho.
Cumq́; foret melius, diſperſis corpora membris
Carpere perpetuum dura ſub morte ſoporem:
Inuitos tamen vrna trahet, quîs ſola voluntas
Rurſus poſſe mori, ſenſuq́; carere dolendi.
Sed ſic accipiet feruentis flamma camini,
Ambuſtura ſuas, vt nunquam finiat, eſcas.
At primi interea iuuenes conamine caſſo
Per deſerta ruunt, tutoq́; abſcondita furto
Facta putant, cœcis optant latuiſſe tenebris.
Quid iuuat infelix oculos auertere, cùm te
Iudex ille videt? nolis cur ipſe videre,
Cum videare palàm? Sol eſt, non fuſcat amœnum,
Sed depreſſa grauem formidant lumina lucem,
Debilis & clarum viſus non ſuſtinet orbem;
Hos ergò inſolitas poſtquam tentare latebras
Vidit: terribili primùm Deus increpat ore,
Infauſtusq́; vbi ſit quærit non neſcius Adam.
Qui trepidam pauido producens pectore vocem,

Vix

Vix hæc pauca refert: tuus, ô celsissime, terror
Insolitas miserum latebras tentare coëgit:
Nam quia nuda forent inopertis corpora membris,
Erubui, fateor, cœlumq; per abdita fugi.
Ecquis (ait) subitum concussit corde pudorem?
Visus & vnde nouus? nam te nec vellera dudum,
Nec contexta prius velauit tegmine vestis.
Forma rudis proprio meliùs contenta decore,
Iudice se placuit: sed postquam fœdere rupto
Interdicta tuus tentauit germina gustus,
Naturale tibi tegmen non sufficit vnum.
Et iam nunc primùm nudis nudata patescunt,
Arguit obscenus quia turpia corpora motus.
Ille vbi conuictum claro se lumine vidit,
Prodidit & totum discussio iusta reatum.
Non prece submissa veniam pro crimine poscit,
Non votis lacrymisue rogat, non vindice fletu,
Præcurrit meritam supplex confessio pœnã.
Iamq; miser factus, nondum miserabilis ille est.
Nam sensu erigitur, tumidisq; accensa querelis,
Fertur in insanas laxata superbia voces:
Heus (ait) infausto mulier coniuncta marito,
Quam sociam misero prima sub lege dedisti,
Hæc me consilijs vicit deuicta sinistris,
Et sibi iam notum persuasit sumere pomum.
Ista mali caput est, crimen surrexit ab ista.
Credulus ipse fui, fidei sed tu vnicus autor,
Connubium donans, & dulcia vincula nectens.
Atq; vtinam felix, quæ quondam sola vigebat,

Cælebs

Cœlebs vita foret, talis nec coniugis vnquam
Fœdera sensisset, comiti non subdita prauæ,
Hac igitur timidi commotus mente creator,
Mœrentem verbis compellat talibus Euam:
Cur tua deceptum traxisti in vota maritum,
Nec contenta tuo deceptrix fœmina casu,
Sublimi sensum iecisti ex arce virilem?
Illa pudens, tristiq; genas suffusa rubore,
Autorem sceleris clamat decepta draconem,
Qui pomum vetito persuasit tangere morsu.
Posthæc supremam promit sententia legem,
Serpentemq; reum prima sic voce notauit:
Tu verò, cuius fucatis fœmina verbis
Capta semel, similes Adam pertraxit in ausus,
Propter vtrunq; reus, pendes quod fecit vterq;,
Nec tibi sublimis constabit pectore vertex,
Callida sed pronus per terram corpora volues,
Vtq; fuga trepido sinuosa volumina currant,
Non gressus sed lapsus erit, teq; ipse sequêris
Flexibus, & spiras viuentia vincula nectent.
Tum propter suasam miserorum cordibus escam
Tellurem captans pastu vescêris inani,
Mensibus & certis, fugitiuus ab aëre sudo,
Inclusus terris communi Sole carebis.
Inter cuncta, replent quæ nunc animantia mundũ,
Omnibus inuisus fies, grauis omnibus horror.
Præcipuè infelix mulier, cum prole futura,
Tecum inimicitias odio constante reponet,
Seminibus q; tuis eius cum semine bellum

Perpetuum, ſed diſſimilis victoria. nam qui
Ambos vna opera viciſti ſubdole ſerpens,
Olim erit vt ſexum muliebrem pronus adores:
Cuius tu quanquam pauidæ inſidiabere calci,
Conteret vna caput, tandem tibi fœmina victrix,
Naſcendumq́; etiam tali de ſtipite germen.
Poſthæc attonitam iudex commotus in Euam:
Et tu quæ primam violaſti fœmina legem,
Accipe, ait, reliquum vitæ quod reſtat in æuum:
Imperium patiere tori, dominumq́; timebis,
Quem dederam ſocium: cuius tu ſubdita iuſſis
Pareto, & lubitus poſthæc aſſueſce viriles.
Moxq́; vbi concipiens fœtum perſenſerit aluus,
Ventris onus gemitu teſtaberis, ac tibi clauſum
Anxia creſcentem portabunt viſcera faſcem:
Donec tranſacto faſtidia tempore complens,
Naturale malum partus ab vindice partu
Producas, vita vt prolis ſit pœna parentis.
Sed quid multa loquar miſeræ diſcrimina matris?
Nam cùm præduro mulier confecta labore
Optatam ſobolem, tali produxeris ortu,
Lugebis vacuos nonnunquam orbata dolores.
Interea trepidus iamdudum ſuſtinet Adam,
Quid ſibi terribilis tandem ſententia ſeruet.
Cui pater: attentis, inquit, nunc auribus, & tu
Accipe, quid mereare, leuis quem fœmina vicit.
Impolluta prius pulcro ſub germine tellus
Non iam fida ſatis, nec puro ſemine ſimplex,
Priſtina monſtrabit corruptum terga per orbem,

Exem-

Exemploq́; tuo ſemper tibi terra rebellans,
Vepribus, ac tribulis armata, reſiſtere diſcet.
Aut ſi frangenti cedens ſuccumbit aratro,
Vomeris affixo mordaci dente ſubacta,
Pinguia decipient mentito germine culta.
Nam pro triticeo lolium conſurgere fructu,
Et fictas ſeges, vacuasq́; dolebis ariſtas.
Sic vix extortum producent iugera panem,
Sudore aſſiduo nitens, quem ſumat egeſtas,
Illecebramq́; cibi pœnalis vindicet eſca.
Aequalem brutis facient tibi pabula vitam,
Et ſimul herbarum ſuccos, paſtumq́; requires,
Stercoreq́; aſſimili depreſſa grauabitur aluus,
Atq; oneroſa diu voluetur talibus ætas:
Donec præſcriptum donent tibi ſecula finem,
Et compacta luto, rurſum ſoluantur in illud
Membra, ſimulq́; leui fias de puluere puluis.
Antè tamen durum nati præcurrere lethum
Conſpicies, pœnasq́; tuas in prole videbis,
Vt metuenda magis cernatur mortis imago,
Peccâſſe agnoſcas quid ſit, quid mortua fleri,
Quidue mori: ac ne quid deſit tibi fortè malorũ,
Quæ caſtigandis corruptus parturit orbis:
Acrior immenſo miſcebitur ira dolori.
Nam cùm prima tibi producent tempora natos:
Liuor edax arcto certabit limite mundi,
Nec iam ſufficiet vacuus conflictibus orbis,
Totaq́; germanis ſtringetur terra duobus.
Alter in alterius conſurget vulnera frater,

Telluremq́; nouam cognato ſanguine tinget.
Exin poſteritas varios paſſura labores,
Per varios caſus mortalia debita pendet.
Dum veterem ductus diſſoluat terminus orbem,
Occidat omne vigens, finisq́; redarguat orta.
Audierat, motumq́; dedit conterrita tellus.
His pater exactis, hœdorum pellibus ambos
Induit, & ſancta Paradiſi ab ſede reiecit. (cantem
Tunc miſeri egreſſum properant, mundumq́; va-
Intrant, & celeri perluſtrant omnia curſu.
Et quanquam varijs herbis ac gramine picta,
Et virides campos, fonteſq́; & flumina monſtrat:
Illis fœda tamen ſpecies mundana putatur,
Poſt, Paradiſe, tuam, totumq́; videntibus horror.
Vtq́; hominũ mos eſt, ſtudio maiore negata
Amplecti, & vetitis grauiore incumbere cura,
Sic maiore animo clauſus Paradiſus amatur.
Quæq́; magis multò Paradiſo extenditur, illis
Anguſtatur humus, ſtrictumq́; tuentibus orbem
Omnia lata nimis parent anguſta duobus.
Squalet & ipſe dies, cauſſantur Sole ſub ipſo
Subductam lucem, cælo ſuſpenſa remoto
Aſtra gemunt, tactusq́; priùs vix cernitur axis.
Tunc inter curas permixto felle, doloris
Affectus ſenſere nouos, & pectora pulſans
Nondum compertas prorumpit fletus in vndas,
Attentisq́; genis iniuſſus defluit humor.
Haud aliter viuax deceptus mole caduca
Spiritus, impleto vênit cum terminus ævo,

Post obitum peccata dolet, tum quicquid iniquum
Gesserit, ad mentem reuocat: tum pœnitet omnes
Errorum lapsus, semet quos iudice damnat.
Quòd si præteritæ reddatur copia vitæ,
Sponte ferat, quoscunq; dabunt mandata, labores.
Crudeli similes narrant de diuite questus, Luc. 16.
Historiam cuius cœlesti numine Lucas 19.
Tradidit afflatus, paucis ego ab ordine totam
Dum repeto, linguis omnes animisq; fauete.
Ille cothurnatus gemmis, & fulgidus auro,

Serica bis coctis mutabat tegmina blattis.
Inde vt bacchantem suasissent tempora mensam,
Currebant epulæ, totus quas porrigit orbis,
Cumq; peregrinus frugem misisset aceruus,

Feruebat priſcum cryſtallo algente falernum.
Viuida quinetiam miſcebant cinnama thalli,
Et ſuffita domus pingui fragrabat amomo. (gnunt,
Quod pelagus, quod terra creat, quod flumina gi-
Certatim ad menſam veniebant, omniaq; illuc
Portabat pallens auri cum faſce miniſter.
Diuitis ante fores pauper tum fortè iacebat
Languidus, obſtrictis reſoluto corpore membris,
Et ſupplex poſcebat opem, non munera quærens.
Sed tantùm, ſi quas emittat copia diues
Relliquias, ſpectans aluus ieiuna rogabat.
Verùm clamanti diues non addidit aurem,
Nullaq; languentem pietas reſpexit egenum:
Nec quæ completis cecidere ſuperflua menſis,
Pauperis ad victum quiſquam dedit: inſuper ægri
Deſpicitur facies, & putria vulneris horrent.
Cumq; canes miti perlambant vlcera lingua,
Blandior, & laſſo feritas medicabilis adſit:
Sola hominum neſcit mens dura & cruda moueri.
Hæc ſed diuerſa penitùs dum ſorte geruntur,
Impendens obitus pariter pulſauit vtrunq;,
Diuite præuento, qui dum immortalia ſeſe
Secula victurum ſperat, formidine nulla (atqui
Mortis adhuc animum immemorem pulſauerat:
Optatam pauper longo vix tempore mortem
Inueniens, victor morbos, artusq; reliquit.
Ille quidem, celſa dudum qui floruit aula,
Fletibus ad tumulum ſtipato funere fertur,
Auratoq; datur, conditus membra, ſepulcro.

Et pre-

Et preciosa tegunt elatum lintea marmor.
Spiritus abstruso sed mox demissus auerno,
Ardet in æternis per sæua incendia pœnis.
E quarum medio, sublimi in sede locatum
Haud procul, vt visus coniectat sed procul inde,
Vt docet euentus, sinubus conspexit ouantem
Abrahæ iusti, mutatum in paupere vultum,
Nec similem illius, quem dudum è luce receptum,
Quarto fortè die vix quisquam largus humandi
(Ne per corruptum naturæ lege cadauer
Dira frequentato contagia mitteret orbi)
Obtectum laceris tenui velamine pannis,
Naribus astrictis nuda tellure locârat:
Angelicis verò manibus sublime leuatus,
Iam diues, iam sanus erat: contraq; superbus,
Qui malè congestos auri cumulârat aceruos,
Mendicat vel tantùm vnam de paupere guttam,
Arida vt extinctis irroret guttura flammis.
O Pater, electos (inquit) qui sede beata
Colligis, & meritis dispensas præmia iustis,
Hæc ego non merui, sed saltem hoc deprecor vnũ,
Lazarus vt digitum gelidas intingat in vndas,
Et linguam extincto flammantem mitiget igne.
Quòd si nec refrigerio hoc extinxerit omnes,
Tempore vel saltem modico mihi temperet æstus,
Donec fessa breui respirent membra quiete.
Taliter immixto lacrymis stridore rogantem,
Magnanimus verbis Patriarcha intercipit istis:
Desine iam seras incassum fundere voces,

Et vanas miſcere preces: haud talia dudum
Dicta dabas, foribus cum te prandente iaceret
Ipſe ignotus, egens, æger, ieiunus, inanis:
Cùm congeſta tuas onerarent fercula menſas,
Nec quiſquam interea clamantem audiret egenũ.
Quapropter tandem librato examine veri,
Præteritæ vitæ ſortem dependit vterq;,
Permutatq́; vices, & te iam ſufficit amplis
Exundâſſe bonis: qui fleuit, gaudeat: & qui
Curarum expertem duxit per gaudia vitam,
Iam fleat æternos ſpirans è pectore planctus.
Inſuper horrendus qui ſe interponit hiatus,
Non ſinit abiunctas miſceri fœdere partes,
Vt reuocare gradum nec vos, deſcendere nec nos
Rurſus ad inferni valeamus clauſtra tyranni.
Ille gemens vanum repetita voce precatur:
Si nîl poſt obitum prodeſt commiſſa fateri,
Nec tua mutatur fixis ſententia verbis:
Hoc concede mihi, nulla quod lege vetatur.
Defuncto fratres dilecti quinq; ſuperſunt,
Obſecro ad hos properet, qui viuos corrigat, antè
In tormenta cadant quàm talia, carne ſoluti.
Nam quamuis duro perſiſtant corde rebelles,
Si tamen abſtruſa quiſquam de morte reuertat,
Credent experto, pœnasq́; ſubire timebunt.
Talibus ille quidem, fuſis ſed in aëra verbis,
„ Nulla etenim meriti poſt mortem facta poteſtas.
Vos ergò dum vita manet, dum lege vigetis,
Patro-

Patronusq́; astat patris ante tribunal Iësus,
Nec iam obturatis pulsatur ianua valvis:
Dum locus est flendi, dū se clementia Christi "
Pandit: flete admissa, nec inde admittite "
flenda.
En comperta tibi primi est occasio planctus,
Vtq; sui casus nunquam reparabilis, Adam
Pertulit exitium, passuri nomine Christi.
Nam licet æternos meritosq́; euaserit ignes,
Hæc nimiùm tamen infelix incommoda sensit,
Perdita ne precibus, lacrymisue reduceret vllis.
Ex tunc paulatim retrò sublapsa referri
Vita prior, cunctisq́; malis laxarier orbis.
Tum tristes morbi, & varij subiere dolores,
Et corrupta satis, dira pinguedine tellus,
Lethali quædam suffudit germina succo.
Inde truces sæuire feræ, dudumq́; timentes
Excitat ad pugnam tunc primùm conscia virtus,
Reddit & armatas, vnguis, dens, vngula, cornu.
Ipsa etiam leges elementa resoluere primùm
Et violare fidem mortalibus omnia certant.
Inflatur ventis pelagus, voluuntur & vndæ,
Excitusq́; nouum turgescit pontus in æstum.
Tunc primùm tectis tetra caligine cælis,
Ingratos hominum castigatura labores,
Grandineos pauidis fuderunt nubila nimbos,
Atq; polus discors inuidit germina terris.
Quin, magis ipsa sibi tellus aduersa negauit,
Seminis excepti vertens mentita nitorem.

Hæc mala tùm primũ gemini ſenſere parentes.
Poſteritas nam quanta ferat diſpendia rerum,
Vix cui vel linguæ ſint centum, ferrea vel vox,
Enumerare queat: nec ſi quem Mantua miſit,
Mæoniuſq; canat diuino carmine vates.
Nam quis tot referat motus? quis deniq; fando
Euoluat, totos, qui voluunt ſecula, fluctus?
Arma fremũt, crebra quatitur formidine mundus,
Funditur irriguus ſanguis, maiorq; ſititur.
Quid dicam celſas præclaris cœtibus vrbes
In deſerta dari? populos populante ruina
Diſpergi, & lacerum vacuari partibus orbem?
Seruitio ſubdi dominos, famuloſq; viciſſim
Præferri dominis, & belli ſorte perire,
Sors generis quondam quos claro è ſanguine miſit?
Et ſi fortè breui requieſcant tempore bella,
Legibus armatas furere in certamina lites.
"Ius anceps pugnare foro, quo iurgia fratrum
"Non leuiùs votis feriunt, quàm prælia telis.
Sed quis vota notet, clament cùm facta nocentum?
Quis fraudes & furta gemat gaudente rapina?
Quisue minora fleat, ſi cor àm maxima ſiunt?
Inde minora tamen, ſi ſummis iuncta, notentur:
"Nam per ſe nullũ facinus ſub iudice paruũ eſt.
Nec datur hîc cũctas percurrere carmine fraudes:
Hoc vnum dicam breuibus, poſt damna priorum
Nîl ſupereſſe mali, quod non vel perpetret orbis,
Vel toleret, plenus ſcelerum, plenusq; dolorum.
In caſu diſcrimen habens, & crimen in actu.

Sed

Sed tu Christe potẽs, cui semper parcere promtũ est,
Tu figulus massam potis es reparare caducam,
Et confracta diu, ac resoluta refingere vasa.
Qui dudum in vili latitantem puluere drachmam, Luc.15.8.
Clara Euangelij verbiq; ardente lucerna Luc.15.4.
Inuestigâsti magni tu pastor ouilis,

Qui procul à caulis, longoq; errore vagantem
Quæris ouem, vtq; suo gaudens reddatur ouili,
Sarcina fit, quæ cura fuit: nec quærere tantùm
Illa satis cœlestis habet clementia Christi:
Nî ferat impositam tergo, atq; in ouile reducat,
Vtq; vnam ex ouibus stygij de fauce barathri,
Infernìq; lupi crudeli ex ore receptam
Accipias: Euangelicus te filius ille Luc

Iunior

Iunior instituet: pecudis qui forma reuersæ,
Quid fugias docet, & lapsus, quo deniq; pacto
Ad meliora queas pacato patre reuerti.
Ille quidem exhaustos postquam dispersit aceruos,
Vitaq; consumto mutata est prodiga censu:
Turpia porcorum dignè conuiuia sectans,
Optauit siliquis compleri vilibus aluum,
Donec sæua fames longo discrimine victum
Cogeret offenso tandem se reddere patri,
Confessumq; reum laxato crimine solui.
Quem mox prostratum mitis pater, alleuat vltrò,
Et trepidum blanda solatur voce pudorem.
Quin & quem loquitur, facto testatur amorem.
Nam reduci ornatus vestis dat prima secundos,
Lætaq; solennis celebrat conuiuia cœtus,
Quòd rediuiua suis quondam quasi funere proles
Surgat, & orbato redeant noua lumina patri.

,, At tu cunctipotens hominum rerumque creator,
,, Quanquam omnes fieri saluos cupis, atque beatos:
,, Nulla tamẽ pateris nostræ dispendia mortis.
,, Nec mundo pereunte, tuis contingere damnum
,, Diuitijs poterit: nescis decrescere, nescis
,, Augeri, & pleno perstat tibi gloria regno:
Sed famulis id redde tuis, quod perdidit Adam,
Quodq; tulit primùm vitiatæ stirpis origo,
Ortu restituat per te pia vita secundo.

Forma vetus nimiùm lacero circundata peplo,
Iam veteri ſciſſam ponat cum crimine veſtem.
Pallia prima, pater, redeunti porrige proli.
Olim ſeminecem miſerans tu fortè repertum, Luc. 10.
Inq; via abiectum (quem non multò antè latrones 30.
Præterea inflictis ſpoliârant vndiq; plagis)
Tanc tu, Chriſte, viam ſumto dum corpore curris,
Alliſum reperis, nec deſeris: inſuper ægrum
Carnis iumento importas, & vulnera ſanas.

Non ſecus, inferni qui dudum præda latronis
Multiplici exanguem trahimus præ vulnere vitã:
Nullum aliud, præter te vnum, ſolamen habemus.
Quòd ſi nunc medico curabit vulnera fotu,

Gratia

Gratia designata oleo, sapientia vino,
Et Samaritani nos extera cura fouebit:
Pelletur validus medicato corpore languor.
Ergò qui non vis moriendi crescere caussas,
Nec peccatorum crudelia funera quæris,
Ez. 33. 11. *Sed magè conuersi vt viuant: blando excipe vultu*
Quos confessa tibi gemitus pia pectora fundunt,
Vt quondam tecum passæ sub tempore carnis,
Proximus immani pendens de stipite latro,
Luc. 23. v. 41. 42.

Quem non culpa tibi similem, sed pœna tenebat,
Confessi venia supplex est criminis vsus.
Ille etenim non vt membris, ita corde ligato,
Etsi confixas clauis extendere palmas
Non potuit, liber mentem cum voce tetendit,

Sicq;

Sicq; reus, ſcelerum cùm digna piacula pendit,
Martyrium de morte rapit : cui fine ſagaci
Prouida cura fuit tales non perdere pœnas,
Præripuitq; aditum moriens, cœloq; leuandus
Ardua ſublimi tenuit compendia ſaltu.
Porrige ſic nobis celſam pater inclyte dextram,
Nos quoq; perpetuæ conſortes effice vitæ,
Atq; profanati deceptis fraude latronis,
Vt tibi compaſſo miſerans ſuccurre latroni.
Inuida quos hoſtis Paradiſo depulit ira,
Fortior antiquæ reddat tua gratia ſedi.

NOTÆ AC LECTIONES DIVERSAE IN ALCIMI Auiti librum III.

Verſ. 1. *Axem*] Arg. tranſcenderat orbem. *v. 6. Tum pudor his*] Mſ. Atq; pudor capto detorſit lumina ſenſu, Reppulit & miſeros alterno à corpore viſus, Nec iam ſecura, &c. Colon. alterno corpore. 10. *Lateſcat*] mſ. & Col. de veſte pateſcat. 11. *Ficulnea*] Vid. Adagia ſacra, centur. 4. Adag. 2. 17. *Et quos*] mſ. & Col. Veſtiuit folio: ſæua quos arbore. Lugdun. ac Baſil. Et ſæua quos arbore. 18. *De cortice*] mſ. & Col. tenui ſuper arbore texit. 21. *Materiamq;*] Manuſcript. & Colonienſe:

Materiemq; ipſam faciet medicamina vitæ,
Qua mors inualuit : letho delebere lethum.
Aureus excelſo pendebit ſtipite ſerpens,
Cumq; venenatum ſimulauerit, omne venenum

Purget.

Purget, & antiquum perimat ſua forma Draconem.
Interea genitor viridis per mollia luci, &c.

31. Tunc ſi] mſ. Illos nam vaſtis. Colon. Illis nam vaſtis ſpecubus ſi fortè barathrum Panderet. *24. Quod ſi*] Colon. ac mſ. Et ſi ſuppetereret. *35. Cura pudoru*] è mſ. & Col. Nam in Fabriciano eſt: ſolandi cauſſa doloris. *40. Similem*] mſ. & Col. ſimiles prædicunt affore luctus, Vltima cùm mundi. *45. Concuſſum*] è mſ. & Argentinenſi Colon. concuſsit. *48. Chaſmate*] mſ. A. & C. Per medium dirimente chao: quod fluctibus implet. *52. Ob crimina*] mſ. & Col. in crimina] *54. Calidum*] mſ. Aëra per liquidum. *57. At quos*] mſ. At quæ terribili iudex decreuerat hora. *62. Trahet*] mſ. & Col. vrna mouet. *64. Accipiet*] Arg. ſuſcipiet. *67. Abſondita*] è mſ. Argent. Col. Lugd. & Fabr. Solum Baſilienſe mauult, abſcondere. *69. Quid iuuat*] mſ. A. & Col.

Quid iuuat infelix? oculos à iudice flectis?
Te iudex cernit: nolis cur ipſe videre,
Cum videare, &c.

71. Sol eſt] è Lugdunenſi & Fabriciano. Nam in mſ. eſt: Solem non fuſcat amœnum. In Colon. Solem non fucat amœnum. *72. Sed depreſſa*] è Lugd. & Fabr. Mſ. enim & Colon. legunt: ſi depreſſa. *73. Clarum*] mſ. ſanum. *74. Hos ergò*] mſ.

Tum ſic terribili primùm Deus increpat ore,
Atq; vbi ſit, miſerum noſcens interrogat Adam,
Qui trepidam.

78. Celſiſſime] mſ. ô dulciſsime. *79. Inſolitas*] mſ.

Mentibus inſidens latebras tentare coëgit.

Colon. latebram tentare. Baſil. reptare coëgit.

82. Ec-

82. Iacus] Mſ. itemq; Colon. Et quis, ait. *83. Vellera*] Fabr. vellere. *87. Tentauit*] Mſ. & Col. perſtrinxit. *89. Et iam nunc*] Mſ. & Col. Hactenus & nudis, nunc denudata pareſcunt. *90. Turpia*] Mſ. Turbida corpora. *92. Iuſta*] Mſ. A & C. diſcuſsio iuſſa. *94. Non vindice*] Mſ. nec vind. *97. Nam ſenſu*] mſ. & Col. Erigitur ſenſu. *99. Heus ait*] mſ. & Col. Heu malè perdendo mulier coniunct. *102. Et ſibi*] mſ. & Col. Hæc ſibi. *103. Iſta*] è mſ. & Col. Nam recentiores editiones, vtrobiq; habent: Illa. *104 Fidei*] mſ. & Col. Credulus ipſe fui, ſed credere tu docuiſti. *109. Timidi*] Col. rigidi. *110. verbis*] mſ. A. & C. Mœrentem celſis compellat vocibus Euam. *111. Cur tua*] mſ. & Col. cur miſerum labens traxiſti in prona maritum? *115. Qui pomum vetito*] è mſ. & Col. Reliqua exemplaria, inuerſo ordine, legunt: Qui vetito pomum perſuaſit. *116. Supremam*] mſ. & Argent. Poſthæc pœnalem. Colon. finalem. *119. Tu verò*] mſ. A. & Col. Tu coluber, cuius decepta eſt fœmina fraude, Errorisq; virum conſortem reddidit ipſa: Propter vtrunque reus. *122. Sublimis*] mſ. & Col. ſublimi. *127. Tum propter*] mſ. & Baſil. Tum pro perſuaſa miſerorum cordibus eſca. *129. Fugitiuus*] mſ. & Col. ſupero depulſus ab vrbe. *132. Omnibus*] mſ. A. & C. Autor mortis eris, fies grauis omnibus horror. *134. Tecum*] mſ. & Col.

Sic inimicitias odio currente reponat,* * Lugd
Semina ſeminibus mandent vt vota nocendi, repon
Inſiſtens ſemper pauidè ſectabere calcem:
Conterat illa caput, victoremq; vltima vincat.

Posthæc attonitum, &c. Argent.editio mauult: Conteret illa caput, victoremq; vltima vincet. Cæterum octo illi versus, quos in contextu libri tertij recensuimus, à Gagneio substituti sunt. Verùm vtrobiq; perperam in mulierem transmouetur, quod textus Ebraicus, Gen. 3. 15. ipsius semini, vel soboli masculæ, (Apocal. 12. v. 5. aut 9.) hoc est, soli Christo, expressè assignauit. *143. Et tu*] mſ. & Col. At tu, quæ primam violâsti fœmina legem, Accipe succiduum vitæ quod restat in æuum. *146. Quem dederam*] mſ. & Col. Quem socium dederam, parebis subdita iussis, Et curuata caput libitus assuesce viriles. *154. Sed quid*] M. A. & Col. Quid diuersa loquar pòst iam discrimina matris? *155. Labore*] Arg. confecta dolore *157. Sobolem*] mſ. Subolem. *162. Impolluta priùs, pulcrè sub germine tellus, Non iam fida satu*] Ex Argent. Colon. & cæteris editionibus recentioribus. Nam mſ. legit: Iam polluta, priùs pulcro sub germine tellus, Non iam fid. *167. Cedens*] mſ. tellus succumbit. *168. Affixo*] mſ. Vomeris & fixo mordacis dente subactæ, Pinguia decipient. Colon. dente subacta est: Pinguia decip. *171. Aristas*] mſ. & Col. dolebis auenas. *172. Vix extortum*] Autoritate manuscripti. Colon. habet: exortum. Fabric. Sic vt vix centum producant iugera panem. *174. Cibi*] è mſ. & Arg. Nam Colonienſis editio legit: Illecebramq; tibi pœnalis, &c. *176. Requires*] mſ. & Col. requirens, stercore consimili depr. *178. Atque onerosa*] mſ. A. & C. Ærumnosa diu. *179. Donent*] mſ. ponant. *180. Rursum soluantur*] mſ. & Colon.

lon. compacta luto, soluantur tempore membra.
Limo formatus, rursus redigeris in aruum.
Antè tamen propriùm nati præcurrere lethum.

185. Quid mortua] Argent. quid pignora fieri. *187. Quæ castigandis*] Integrum hunc versum, in Fabriciana editione omissum, è mss. & Colon. huc transtulimus. *191. Conflictibus*] mss. & Col. vacuus qua tenditur orbis. *192. Stringetur*] è mss. & Colonienſi. Fabric. Totaq́; fraterno congressu terra tremiscet. *193. Vulnera*] mss. & Col. funera. *194. Tinget*] mss. & Col. tinguet. *196. Per varios*] mss. & Col. Casibus in multis, mortal. *202. Tunc miseri*] Colon. tum terris cecidere simul, mundumq́;. mss. Tunc terris cecid. *204. Et quanquam*] mss. & Col. Germinibus quanquam varijs & graminе picta. *205. Et flumina*] mss. & Col. fontesq́; ac flumina monstrans. *206. Putatur*] Basil. videtur. *207. Totumq́;*] mss. & Col. Totum cernentibus horret. *208. Studio maiore*] In mss. & Col. aliquantò strictiùs:
Vtq́; hominum mos est: plus, quod cessauit, amatur. *Angustatur humus, &c. 213. Omnia lata*] mss. & Col. Terrarum finis non cernitur, & tamen instat. Squalet & ipse. *217. Permixto*] mss. permixti felle doloris. *219. Compertas*] Colon. compertus. *222. Venit*] mss. & Col. veniet. *224. Tum*] Col. cùm pœnitet. *226. Quòd si*] mss. & Col. Et si præteritæ. *228. Crudeli*] mss. & Col. Sanctus namq; refert de quodam diuite Lucas, Quem nimiùm luxu dissoluens vita fouebat. Ipse cothurnatus gemmis, &c. *234. Suasissent*] Fabr. traxissent tempora mentem. Sed prior lectio, autoritate

codicis mſ. & exemplaris Colonienſis nititur. *240. Creat*] Arg. quod terra tenet. *241. Ad menſum*] mſ. & Col. Certatim menſis cedentibus vndiq; lapſis. *243. Diuitis*] mſ. & Col. Languidus ante fores pauper tunc fortè iacebat Diuitis, obſtrictis. *245. Quærens*] mſ. & Col. captans. *246. Sed tantùm*] mſ. & Col. Relliquias tantùm ſed ſi quas copia iecit, Has tunc (Col. His tunc) opperiens aluus ieiuna rogabat. Sed proclamanti diues non addidit. *252. Putria*] Colon. putrida. *254. Laſſo*] mſ. & Col. feſſo. *255. Dura*] mſ. & Col. mens ſemper dura moueri. *258. Qui dum*] mſ. Qui nunquam credidit iſtud. Col. nunquam qui credidit iſtud. Optatam paup. *262. Inueniens*] mſ. & Col. Inuenit, & victor. *263. Dudum*] mſ. & Col. qui dudum floruit arce. *268. Ardet*] mſ. & Col. Incidit æternas per ſæua incendia pœnas. *269. Sublimi*] mſ. Col. Sublimi ſede. *270. Vt viſus*] mſ. & Col. Haud procul, vt certè cenſetur, ſed procul inde. *271. Sinubus*] Al. ſinibus. *273. è luce*] Ex Argentinenſi, & Fabr. Nam mſ. & Col. omiſſa præpoſitione legunt: dudum luce receptum. *275. Corruptum*] mſ. Col. diſperſum. *278. Locârat*] mſ. Col. locauit. *279. Verò*] mſ. Col. Angelicis manibus tunc in ſublime leuatus. *280. Superbus*] mſ. & Colon: *Contraq; ſuperbi.*

Qui congeſta tenens opibus diffluxerat amplis,
Arida ſic flammis mendicant guttura guttas:
O pater, electas animas qui ſede beata.

286. Merui] mſ. & Col.

Hæc ego non mereor, ſed ſaltem deprecor vnum,
Lazarus vt miſſus veniat, digitoq; lenatum

Afferat

Afferat huc labris ardentibus inde liquorem:
Quiq; refrigerio si non extinxerit omnes,
Ad tempus saltem tantos vel mitiget æstus.

Argent. mitiget ignes. *293. Verbis*] mſ. Col. tandem compellat ſic Patriarcha. *294. Seras*] è mſ. Arg. & Col. Nam Baſil. Lugdun. & Fabricianum, habent: miſeras. *295. Vanas*] mſ. Col. vacuas. *296. Prandente*] Alij: præſente, ex abbreuiatione (prñte) non ſatis intellecta. Nos fidem vetuſtiſsimi codicis Manuſcripti, & antiquiſsimarum editionum, præſertim Colonienſis, ſequimur, vbi expreſsis literis extabat: prandente. *298. Congeſta*] mſ. & Col. Cum tua non caperet congeſtos menſa paratus, Pauperis atq; tuas clamor non iret ad aures. Quapropter tandem libr. *303. Qui fleuit*] mſ. & Colon.

Exundâſſe bonis: lætetur fine malorum,
Qui doluit: cœptis non eſt iam terminus vltra.
Inſuper horrendo currit qui tramite limes,
Et chaos obiectum lato diſtinguit hiatu,
Non ſinit abiunctas miſceri fœdere partes,
Acceſſumq; negat vobis ſic ſemper, vt iſtis.
Ille gemens,

314. Defuncto] mſ. & Col. Fratres quinq; modò diſcedens luce reliqui. His peto mittatur, qui viuos corrigat. *318. Abſtruſa*] mſ. & Col. obſtructa quiſquam de morte rediret. *319. Subire*] manuſcript. & Colon:

Pœnasq; intrare timebunt.
Ille quidem poſcens effectum non capit vllum.
Nos autem, dum vita manet, dum lege vigemus,
Olim defuncti perterret nuncius Adam,

Dum locus est flendi, dum non inuſta petuntur.
Nec [dum] obduratis, vel vt Colon. legit, obturatis pulſatur ianua ſeris. [verſus eſt μύκε©, qualis infra libr. 4. v. 589. quoq; conſpicitur: verùntamen qui facilè corrigi poſsit, ſi pro, ſeris, ſubſtituas, clauſtris: vel vt mſ. habet, ſerris]

Nouimus en cuncti, quid primùm planxerit ille,
Qui pulſus priſca neſciuit ſede reuerti.
Namq; obitum quendam caſu tum pertulit ipſo,
Perdita ne precibus, lacrymisúe.

334. Cunctisq;] mſ. & Col. cœpitq; malis laxáta poteſtas. Tunc triſtes. Colon. Tum triſtes. *339. Tunc*] Col. tum primùm. *341. Elementa*] mſ. & Col. ruperunt tunc elementa. *353. Vix cui*] mſ & Col. Non cui vel centum linguæ, vel ferrea vox eſt. *355. Mæoniusq;*] mſ. & Col. Mæoniusúe canant diuerſa voce Poëtæ. Quis tales referat motus? *365. Quondam*] mſ. & Col. claro quondam quos ſanguine miſit. At ſi fortè. *369. Feriunt*] è mſ. Arg. Colon. Lugd. & Fabr. Solum Baſilienſe, legit, feruent. *372. Si coràm*] mſ. & Col. Quisúe minora fleat? ſtringi nec maxima poſſunt. *375. Datur*] mſ. & Col. Nec refert cunctas percurrere carmine cauſſas. Hoc paruo ſermone loquar, poſt damna. *378. Plenusq;*] è Baſil. Lugdun. & Fabriciano. Nam in mſ. eſt: pariterq; dolorum. In Argent. & Colon. pariterq; laborum. *382. Ac reſoluta*] mſ. & Col. Et confracta diu, reſolutaq; fingere vaſa. *383. In vili*] mſ. & Col.

Qui dudum multo latitantem puluere drachmam
Inuenis accenſis verbi virtute lucernis:
Linquentem caulas, turpiq; errore vagantem

Vid. paulò inferiùs, v. 423.

Paſtor

Pastor ouem celeri dignatus quærere gressu,
Subuehis: vtq; suo gaudens reddatur ouili,
Sarcina sit, quæ cura fuit. Sic filius ille
Iunior, exhaustos postquam dispersit aceruos,
Vitaq; consumto mutata est prodiga censu: &c.

402. *Reddere*] Arg. credere. 404. *Quem mox*] mſ. & Col. Deniq; proſtratum. 407. *Nam reduci*] mſ. Ornatus reduci veſtis dat prima ſecundos. Luc. 15. 22. στολὴν πρώτην, Theophylacto: ἡ ἀρχαία, ἣν πρὶν ἁμαρτεῖν ἐφορεῖμεν, τὸ ἔνδυμα τῆς ἀφθαρσίας, antiqua illa veſtis, quam ante lapſum geſtabamus, ſtola immortalitatis, quæ nulli corruptioni eſt obnoxia. Licet alij malint, veſtem primam, omnium præſtantiſsimam. 409. *Quaſi*] mſ. & Col. quodam de funere. 411. *Cunctipotens*] mſ. & Col.

At tu præpollens hominum rerumq; creator,
Quanquam cuncta velis fidæ constare saluti:
Nulla tamen pat.

414. *Mundo*] mſ. Nec quoquam perçunte. 417. *Id*] mſ. & Col. Sed famulis tu redde. Arg. Id famulis tu redde.

419. *Per te pia*] mſ. & Col.

Ortu restituat melior iam vita secundo.
Sorduerit nimiùm lacero circundata peplo
Forma vetus, sciſſam ponens cum crimine vestem.

423. *Olim*] mſ. A. & Colon.

Seminecem quondam miserans qui fortè repertũ,
Proiectumq; via, quem sæui cæde latrones
Impositis cuncto spoliârant tegmine plagis.
Sed tu, sancte, viam sumto dum corpore curris
Inuenis allisum, nec præteris: [contra Proſodiæ Supr. v. leges, quamuis alij malint: Alliſum inueniens, nec 383. linquens.

linquens.] —— *Insuper agrum*
Iumento carnis propriæ sub tecta reportas.
Nos fuimus quondam rabido data præda furori:
Sed si nunc medico percurrat vulnera fotu
Gratia producens oleum, Sapientia vinum,
Commendet stabulo Samaritidis extera curæ:
[Sic enim legit mſ. & Argentinenſe: in Colon. eſt: Samaritæ dextera cura:]
Pelletur validus medicato corpore languor.
Suscipe qui non vis moriendi crescere caussas,
Quos confessa tibi gemitus pia pectora fundunt.

441. Pendens] mſ. & Col. dependens ſtipite prædo. *444. Ille etenim*] mſ. & Col. Ille tamen nexus membris, nec corde ligato. *445. Palmas*] Imitatione Sedulij, qui lib. 4. v. 217. de eodem latrone ſcripſerat:

Alter adoraro per verba precantia Chriſto,
Saucia deiectus flectebat lumina: tantùm
Lumina, nam geminas arcebant vincula palmas.

448. Rapit] Arg. capit *449. Prouida*] mſ. & Col.

Maxima cura fuit tales non perdere pœnas.
Præripuit ſcandens aditum, cœlogz.

453. Conſortes] mſ. & Col. conquirat vita ſaluti. *454. Latronis*] Ex Argent. Lugd & Fabr. Nam in mſ. & Colon. eſt: fraude Draconis, Ceu tibi compaſſo. *456. Inuida*] Ex Arg. Col. Lugd. Baſil. & Fabriciano. Solum manuſcriptum habet: Liuida quos hoſti.

(*)

ALCI-

ALCIMI AVITI
Liber Quartus.
DE DILVVIO MVNDI.

INfectum quondam vitijs concordibus orbem,
Infandumq; nefas, cælo vltiſcente piatum
Diluuio, repetam, ſed non quod fabula mendax,
Victuros lapides mundum ſparſiſſe per amplum
Deucaliona refert, durum genus, vnde reſumti,
Deſcendant homines, cunctisq; laboribus apti,
Saxea qui duræ monſtrant primordia mentis:
Sed veri compos, fluctus nunc proſequar illos,
Per quos immiſſus rebus vix penè creatis,
Lactentem velox præuênit terminus orbem.
Extulerat mortale genus crudelibus auſis
Ingentes animos: omni pro lege voluntas
Sola erat, vſq; adeò conuerſi in crimina mores:
Ius hominum nullum: tum nîl diſtare putatum
Fasq; nefasq; inter: recti cuſtodia nuſquam,
Non iudex, non teſtis erat, non deniq; rector,
Arbiter aut morum, vel qui ſuaderet honeſtum:
Sed princeps ſibi quiſq; fuit, virtute nocendi,
Nec meritis, ſed mole potens: qui fortior eſſet,
Hic melior ſibimet, ſeſe cenſore placebat.

Brutorum quàm hominũ vitam magis esse putares,
Psal. 49. v. 12. 13. *Nam diuinum in se non intellexit honorem,*
Mens humana situm, brutoq́; simillima facta est.
Sanguis potus erat, cæsorum viscera passim
Indomitis laceras præbebant mentibus escas.
Insuper & quadrupes, si cuiquam humanius esset
Ingenium, medijs vel mortua bellua campis
Pastus erat: tum nulla fides, lex nulla vigebat.
Quàm verò pecorum ritu permissa voluptas,
Et diffusa palàm, ruptis lasciuia frenis,
Luxuriaq́; forum, atq; obsceni nundina mundi
Ferueret: casto fas non est dicere cantu.
Talibus ac tantis hominũ gens improba gestis,
Syluestres animos, naturæ fœdere rupto,
Induerat, pulsaq́; procul ratione furebat,
Desertaq́; Dei cœlestis imagine, prorsum
Omne decus mentis turpi deiecerat actu.
Haud secus ac pulcri cum fertilis area campi,
Quam succisa dedit purgato robore sylua,
Dum colitur, iusto paret fœcunda labori:
Subijcitur rastris, respondet frugibus, ac se
Seruat composito ruralis gratia vultu.
Contrà autem, exercere solum si negligit, aut si
Agricola oblitus sua brachia fortè remisit,
Laxauitq́; manus, fessoq́; quieuit aratro:
Pigrescit primùm durato cespite tellus,
Mox rudibus ramis, atq; aspera palmite crebro,
Disciplinatos dissuescit promere fructus,
Et frutices mittit, sylvamq́; minatur inanem:

Quam

Quam ſi nec ſera ſucciſor falce repurget,
Non iam virgultis, ſed denſo ſtipite lucus
Texitur, & ſteriles diffundit in aëra frondes:
Donec concluſa ramis currentibus vmbra,
Mox importunæ depulſo ſole tenebræ,
Ad ſecura feras inuitent ludere luſtra.
Taliter humani generis non ordine recto
Perdita mandatæ iam poſt primordia legis,
In prauum labens paulatim vita tetendit.
Proficiens peiore via, conſtantior ipſo
Iam paribus ſtudijs nutriti criminis vſu,
Et tamen autorem vitij culpæq; magiſtrum,
Doctior erratis, lapſuq; peritior omni
Succiduæ prolis creſcens audacia vicit.
Vt fluuius, primùm parua diffuſus ab vrna,
Perſpicuum leni promittit gurgite fontem,
Tramite quem ſummo facili tranſmittere ſaltu
Quisq; poteſt: mox irriguo deductus ab ortu
Viribus augetur ſubitis, ripasq; retrorſum
Pellens, creſcentes pellit per plana liquores,
Occupat & ſpacium, pereuntiq; imminet aruo,
Tum circumfuſos vicinis vallibus amnes
Sorbet præteriens, externasq; incipit vndas
Augmento finire ſuo, mixtasq; ſub vno
Nomine, corroſis diffuſo gurgite terris
Cum trabibus ſtabulisq; boum, luſtrisq; ferarum
Sæuior acceſſu, longoq; furore potitus,
Tandem deſiſtens pelagi tranſportat in vndas:
Sic eius motus ſimilisq; ad turbinis inſtar

Huma-

Humanum vitijs ibat genus, & tamen ipſa
Longiùs inſanas mentes diſſoluerat ætas,
Centenos nouies crebrò cum duceret annos
Vita tenax: tanto ſuſpenſi tempore lethi
Nullus terror erat: quod ſi qui debita letho
Iura darent, ferrentq; aſſuetæ funera mortis:
Perpetuam interimi fragili cum corpore vitam
Credebant: æui ſic cunctis nulla futuri
Spes inerat, ſolusq; ſibi fundauerat omnem
Senſibus in cœcis perituras mundus amorem.
Gen. 6.4. *Tempore quin etiam peccatrix terra ſub ipſo*
Nutribat ſæuos immania monſtra Gigantes:
Nec tamen effari ſolitum, quo ſemine cretos.
Communi cunctis ortum de matre ferebant,
Qui genus, vnde patres, prohibent arcana fateri.
Si ſpeciem quæras, humani corporis illis,
Plus vultus, quàm forma fuit: ſic linea membris
Conueniens, hominem monſtrabat: diſſona, molem.
Quapropter deinceps commentis Græcia fictis
Dedecus infandum maſſis informibus auxit,
Et portentoſis deſcripſit corpora membris,
Pubetenus cùm forma viri, cùm corporis ima
Supplerent vaſti mixto pro crure dracones,
Artus ſemihominum patulis qui faucibus, imò
Integros viuosq; homines crudo ore vorarent
Tunc etiam aiebant diro terrore, tonanti
Blaſphemis cœlo conuicia mittere plantis,
Mordacesq; pedes motu fremuiſſe veneni.
His ſimiles mendax Phlegræi fabula belli,

Excuſ-

Excussas finxit iecisse per aëra rupes:
Pro telis, spacioſa manus, quòd turbine montes
Sparserit, & missis cœlum quassauerit aruis.
Hæc sunt priscorum quæ de terrore Gigantum
Carmine mentito Graij cecinêre poëtæ,
Qui cœlum aduersus, prauis contendere factis
Institerint, nec iam missis confligere telis
Cùm possent, diris agitârint prælia votis.
Montibus impositos nec enim fas credere montes.
Hoc tamen & deinceps illos tentâsse putabo,
Qui coctos lateres, lentoq; bitumine iunctos Gen. 11. 3.
In sublime rati manibus sic posse superbis
Sustolli, & celsas in sidera surgere moles,
Cum fureret mortale genus, cassoq; labore
Irrita conscensis cementa inferret in altum
Nubibus, & refugum sequeretur machina cœlũ,
Non prius absistens, subitas discordia linguas
Quàm daret, & varius confunderet omnia sermo.
Hinc sparsum fœdus diuisa lege loquendi,
Quod scelerum assensu turbata superbia rupit.
Sic interruptæ perierunt culmina massæ,
Effectuq; carens cessauit in æthere turris.
Hæc post diluuium: nam quantas tempore prisco
Pressa Gigantæas tellus produxerit arces,
Atq; lacessitis contemtum immiserit astris,
Abstergente Deo dira eluuione docemur.
Cernebat patiens iamdudum insana furentes Gen. 6. 5.
Terrarum populos, hominum, rerumq; creator,
Expectans si quem vani consortia mundi

Linquen-

Linquentem melior moneat resipiscere cura.
Sed coniuratus postquam percurrere cœptum
Perditionis iter statuit, sensumq́; per omnem
Obtinuit victor peccati insignia mundus :
Nec reuocare gradū quisquam, gressumq́; referre
Præcipiti iam mente potest : exhorruit autor,
Pœnituitq́; illum miseri, quem fecerat, orbis.
Tum tales tonuisse minas commotus ab alto
Fertur, & excitas laxāsse his vocibus iras :
O nullis illecta bonis, nullisq́; repressa
Legibus, antiquo tantùm submissa draconi
Effera gens hominum, ducto corruptior æuo.
Non Euam cecidisse sat est : transcenditur omni
Crimine, compertor lethi : nec sufficit illud,
Vicit inexpertum serpens quòd pristinus Adam :
Non contenta sui fœdari crimine patris,
Addidit ipsa suos mortalis vita reatus.
Expectasse diu nîl profuit : insuper omne
Concessum veniæ rapuerunt crimina tempus,
Iam nimiùm longas patientia continet iras,
Vindictæ iam tempus adest, nec fulmine terras
Flammeus ardor aget, vasto nec cedet hiatu,
Quæ premitur nimio tellus insana tumultu :
Sed vitijs sordens, fluctu delebitur orbis.
Ad chaos antiquum species mundana recurrat,
Inq́; suas redeant vndarum pondera sedes.
Arida succumbat lymphis, rursusq́; sepultas
Terrarum species informis contegat humor.
Hæc clades homini, carniq́; hic terminus esto.

Sic

Sic pater æternus disponens funera rerum,
Diluuium dextra terras vibrabat in omnes.
Interea pleno viuebat iustus in orbe Gen.6.9.
Vnus homo, & mentem solus seruabat honestam:
Nullus vota Deo donis precibusq; ferebat
Hunc præter, summus quem dignum laude creator
Nôsset, & exceptum vitæ seruare pararet.
Stemmatis hic sacri, nam claro nobilis ibat
A proauo, quem prisca fides & conscia virtus



In cælum sine morte tulit: sic celsa petenti
Successit magnis non impar filius actis.
Nec plus est, illum salui cum corporis vsu,
Terrenas liquisse domos, intrasse supernas. 2.Reg.2.
Quanquam quo Noæ proauus conscenderat Enoch, 11.
Elias cursu post tempora longa secutus, Scri-

Scribitur ignitis ſcandens penetrâſſe quadrigis:
Cum ſuſpenſa leues tranſmitteret orbita ventos,
Vngula vel premeret caſſato pondere nubes,
Vallatumq; ferens ſanctum non vreret ignis,
Et motus ſeruans neſciret flamma calorem.
Hos igitur ſatis eſt cœlum potuiſſe mereri
Membrorum ſub lege ſitos: ſed non tamen illud
Segniùs admirer, ſancti quòd tempore Noæ
Vnius ob meritum, natis nuribusq; tuendis
Orbis in exitio allatam nouere ſalutem.
Eſt ille in cœlis, numeros qui præterit omnes,
Angelicus ſine fine chorus, qui laude perenni
Conclamat celebratq; Deum, famulantia ſuetus
Tob.3.25. *Ferre miniſteria, & iuſſis parêre ſupernis,*
Hi nunc, quod rectum mortalia corda precantur,
Concipitur dignis ſacro quod pectore votis,
Act.10.4. *Quicquid larga manus collectis ſpargit egenis,*
Excipiunt, ſanctoq; ferunt ſuper aſtra volatu:
Quinetiam iuſtos, fragilis dum vita fatigat,
Tutantur, mundiq; inter diſcrimina ſeruant.
Sed tamen in cunctis præcellit clarior ille,
Maxima quæq; Dei quo diſpenſante miniſtro,
Res geritur, rebus myſteria qui parat altis.
Luc.1.26. *Hic dominum cœli venturum, corpore ſumto,*
Virginis intactam iuſſus prædixit in aluum,
Sacraq; dotali compleuit viſcera verbo.
Hic & Baptiſtæ præcurrens nuncius ortum,
Deſperata diu dum ferret germina patri,
Luc.1.11. *Inter ſacra virum conterruit, & dubitantes*

Proti-

Protinus ingrato reſtrinxit in ore loquelas :
Donec prædicto fœcundam redderet ortu
Prolis anum: multos ſterilis quæ tanta per annos
Fudit diffidens effœta puerpera fœtum.
Hic rerum ſolers, ſummusq́; Archangelus ille,
Aëra per liquidum, leuibus circundatus auris,
Vibratasq́; mouens ignoto corpore pennas :
Nulli conſpectis ad terram motibus ibat.
Et tum fortè gemens cunctorum crimina Noë
Inflexis ſtratus genibus, cum ſupplice planctu
Mundanis veniam mundo nolente petebat :
Cum ſubitò clauſis foribus tamen aliger intrat
Conſpicuus, claro reſplendens nuncius ore.
Horreſcit viſu tanto perterritus heros,
Mortalisq́; oculus fulgorem ferre ſupernum
Vix valet, & pauidi detorquent lumina vultus.
Ille ſalutiferis primùm mulcere timentem
Aggreditur verbis, cæliq́; exponere iuſſus.
Hæc per me, ſummus pelagi terræq́; creator,
Imperat, vt primùm conceſſa pace quietus
Excipias, noſtrisq́; fidem des optime verbis.
Inſperata quidem cunctis ſententia lethi
Imminet, hanc ſolus ſed enim tu euadere cladem,
Et præſcire potes : nam te calcata voluptas,
Iampridem rectum toto diſcreuit ab orbe.
Vnica ſed quoniam ſæuo te excludere letho
Forma modusq́; poteſt : tantos euadere caſus
Qualiter incipias, paucis ex ordine fabor.
Finis erit rerum permiſſis vndiq; lymphis,

Bayerische Staatsbibliothek München

Atq; relaxata vastabitur orbis abysso.
Nunc age congestis crescat fortissima lignis
Machina, quæ surgens fluctus superenatet omnes.
Tercentum cubitos, per longum ducta, tenebit,
Bisquinis latè claudetur, bisq; vicenis
In triginta illi constabit culminis altum,
Tristegaq; hîc facies, simul & cœnacula, in illis
Cuiusq; asseruans animalia plurima formæ,
Quîs statues varijs discreta cubilia cellis.
Tum ne rimosi compagum fortè meatus,
Accipiant inimicum imbrem, memor esto linire
Iuncturas laterum, pigrumq; infunde bitumen.
Taliter effectam cum consummaueris ædem:
Protinus ingredere, ac mundum dimitte cadentem,
Excluſit quem culpa frequens, includere clades
Incipiat, circumq; fremant te sospite mortes.
Quinetiam lateris sociam succedere tecto,
Et cum coniugibus natos intrare iubeto.
Tuq; secundus eris deleti germinis autor,
Vt te post primum repleatur terra parente.
Sed quia perfecto diuinis viribus orbe,
Post operis finem, post leges, postq; sacrata
Sabbata, formari quicquam non conuenit vltra:
Ne penitùs cessans intercidat omne creatum,
Spirantum è cunctis pecorum, celerumq; volucrũ
Syluarumq; feris, iumentorumq; potentum,
Vel quæ per tractos reptant labentia motus,
Bina cape, & tecum claustro victura reconde:
Sic tamen, vt proprios teneant sua vincula sexus,

Vnde

Vade genus rursum tellus implenda resumat:
Nec timeas, ne fortè feros animantia motus
Seruent, aut solitis præsumant rictibus iras:
Fœdus erit cunctis, quæ discordantia profert
Per varios natura modos, & pace fideli
Parebit iussis, quicquid concluseris illuc.
Serpentis tantùm semper figmenta caueto,
Vertice submisso blandùm licet ille trisulcis
Finxerit abscondens per dulcia sibila linguis
Immortale odium: nec quicquam, si sapis, illi
Credideris, blando sermone infidus inescat.
Nam quicunq; semel lædendi quæsijt artes,
Hic semper suspectus erit, *penitusq; cauẽdũ est,*
Ne iam mentito coniungat fœdera prudens.
Tu post exemplum iussis seruire memento.
Hæc fatus, vacuum leuibus secat aëra pennis,
Mortalem fugiens aciem, cœloq; relatus
Heroëm trepidum mandata lege relinquit.
Ipse tamen tali manibus cum voce leuatis:
Quisquis, ait, nobis tantam spondere salutem,
Seu missus, seu sponte venis, ex æthere celso,
Et placidum fausto confirmas fœdere pactum:
Sis fautor, firmentq; tuas promissa loquelas:
Auxiliumq; tuum conatibus insere nostris,
Vt tenuis tantam valeat manus edere molem.
His breuiter dictis, vitæ spem corde reponit,
Aggrediturq; celer sacri præcepta laboris.
Quis tantus capiat sensus? quis deniq; sermo
Explicet, aduectis fuerit quæ copia lignis?

Nudati colles, ſpoliatis arbore ſyluis
Iam ſua certatim concedunt robora montes.
Pelion immenſas mittit de vertice quercus,
Inſuper exponit multa virtute reciſum
Oſſa nemus, Pindoq́; abies ſubducitur alto.
Atlas ipſe nouas ictu reſonante ſecures
Senſit, & annoſas dedit ad naualia pinus.
Immenſum tunc ſurgit opus, contexta leuatur
Porrectis trabibus præcelſi culminis ædes.
Hæc inter, diſcors varij ſententia vulgi:
Nam multi lymphis obſtacula tanta parantem
Irrisêre virum, moles quod tanta moueri
Fluminibusq́; dari nequeat: quam fortè nec amplis
Euphrates Nilusúe queant includere ripis.
Humani generis quid mens incredula reris,
Mortalem non poſſe manum coniungere ponto
Aedem longinquam? pontus namq; obuius vltro
Curret, & adductum tanget ſtans fabrica litus.
Aſt alios celſam compacto robore maſſam
(Ignaros quanquam cladis cauſſæq́; latentis)
Mirari nouitas, & formidare coëgit.
Haud aliter ſtudium iam tunc diuiſerat omnes
Quàm nunc mundus agit. ſunt qui compuncta fideli
Corda dicant operi, rebusq́; inſtare ſupremum
Diſcrimen nôrunt: corpus cùm concidet omne
Bacchatamq́; diu conſument ſecula carnem.
Effugiet tunc ille malum, quicunq; paratus
Præduri validam ædificârit tegminis arcam,
Per lignum vitale, crucis ſeruatus ab vndis.

Tunc

Tunc cernet quanto contemſerit ocia fructu.
Hic tamen interea ſudantem, operiq́; vacantem,
Nónne piger lucri quisquis tædensq́; laboris
Inſanire putet? cura quòd ſolus inani
Aeſtuet, & rebus nolit pereuntibus vti?
Sic epulans parcum, ſic largum quiſquis auarus,
Sic nudum raptor, ſic caſtum ridet adulter,
Sic circumſcribens illuſo ſimplice gaudet,
Sic ſapuiſſe dolet diues, dum congregat aurũ
Spargentem nummos varios in pauperis vſus:
Conſumtis opibus miſerum ratus, eſſe beatum.
Ergò repentinum iudex cùm cerneret orbi
Aduentare diem: finis, ſic protinùs, inquit, Matth. 24. 38.
Imminet, vt iuſti quondam ſub tempore Noæ
Diluuium vanos mundi cùm repperit actus,
Et carnem conſumit aquis, opifexq́; ſalutis
Euaſit facto diffuſa pericula clauſtro.
Hæc Euangelicis ſunt inclamata figuris.
Prouidus interea conſummat conditor arcam.
Tunc iuſſæ accurrunt volucres, tunc beſtia quæque
Conſuetum linquens ſyluoſo tegmine luſtrum,
Depoſita feritate venit, ſeſeq́; tenendam
Ingerit occurrens, & libertate relicta
Includi gaudet, tantum decreta futuri
Vis valet: occultus brutis in ſenſibus ardet
Terror, & expectans agitat formidine mentem.

Ast homines, quos sors certi discriminis vrget,
Vicina nec morte pauent: sic vindice cœlo
Luc. 17. 28. *Securos lætosq; reos tellure Gomorrhæ,*
Iam propè sub flammis sententia dicta videbat.
At contrà Nineuæ populis terrore salubri
Prævaluit pro pace metus: iam venerat illuc
Iussus, multum ille, & terris iactatus & alto,
Qui clamaturus tantæ discrimina plebi,
Diluuium timuit, mundo constante propheta.
Ioh. 1. 16. *Hausserat hunc valido pernadens bellua ictu,*
Immersumq; mari ventris concluserat arca.



Deglutire virum, fauces implere capaces,
Ardenti monstro cùm sic permissa potestas:
Non licuit, mordere tamen, nil dentibus actũ (est,)

Sed

Sed cupidum intrauit deludens præda vorantem,
Inuasusq; cibus ieiuna vixit in aluo,
Dum tres luce dies vna sub nocte prophetæ
Sol ageret, litusq; nouum vacuanda viderent Ion. 2. 1.
Et castigatum vomerent ergastula pastum.
Vt monstro exutus vates, cœlumq; recepit
Contingens terras, magnam tunc percitus vrbem
Terribili cum voce petens: vis criminis, inquit,
Ardentis, nisi pœniteat, purgabitur igni.
Iamq; venit finis: lentum est hoc dicere, Vênit.
Non plus fatus erat, totus coniurat in omne Ion. 3. 5.
Lamentum populus, concurrunt vndiq; fletus,
Pectora tunduntur, cœlum suspiria pulsant.
Mollibus abiectis, Cilicum dant tegmina setæ,
Inq; cibos cineres, lacrymas in pocula fundunt.
Ipse etiam, dignus tali qui tempore Princeps,
Ante aciem flentûm portet vexilla salutis,
Atq; (nouum dictu) metuens discrimina vincat:
Proïcit hinc sceptrum, linquit sublime tribunal,
Pallia blattarum spreto diffibulat auro,
Serica despiciens, atq; aspera tegmina sumens.
At pius ex alto contemplans talia rector,
Exertas reuocat sedatis motibus iras,
Vibratumq; tenens restringit missile ferrum.
Ergò vbi collegit sylueſtres vndiq; sexus,
Inclusitq; feras pecudum, tunc eligit illa, (cantur.
Sumere quæ licitum est, & ob id quæ munda vo-
Hincce tamen septena dedit viuentia claustro,
Vt ternis paribus seruato semine saluis,

Septima quæ fuerint ſacris quandoq; litentur.
Et iam vitalis concluſerat omnia carcer,
Tunc iuſtum, cunctosq; ſuos natosq; nurusq;,
Accipit expectans clauſtrum, vitæq; reponit.
Nam ſeruos nondum dederat natura vocari,
Nec dominos famulis diſcernere nouerat ordo.
Gen.9.25 *Primus enim maculam ſeruili nomine ſenſit,*
Huius natorum medius, qui fortè cachinno
Diſtectum petijt miſero ſpectamine patrem,
Materiamq; ſui riſit deformior ortus.
Quod poſtquam ſanctus Noë reſciuit, in iras
Ardet, & irriſi ſeruum pro crimine patris
Germanis iubet eſſe ſuis: primum inde repertum
Seruitij nomen, cuncti nam ſemine ab vno
Mal.2.10. *Prodijmus, patremq; omnis ſibi vendicat vnum*
Poſteritas, deq; ingenuo mala crimina ſeruum
Efficiunt: quòd ſi vitam pòſt degat honeſtam,
Natales faciens ſibimet, iam nobilis inde eſt.
Seruitij cauſſas igitur feciſſe reatus
Ioh.8.34. *Cernitur, & liber peccans, fit crimine ſeruus.*
Nuncius interea dudum qui miſſus, ab alto
Detulerat iuſto cœleſtis munera verbi,
Vt clauſam vidit perfectis omnibus arcam
Expectare diem, rurſus deſcendere cœlo
Feſtinans, laxos firmauit cardine poſtes,
Incluſitq; viros, atq; oſtia fortia traxit,
Confeſtimq; leuans ſupero ſe rettulit axi.
Gen.6.11. *Aeuo ſexcentos ſenior tranſcenderat annos,*
Lunaq; bis plenos addebat menſtrua curſus:

Septi-

Septimus & decimus, qui pòst illuxerat orbi,
Vltimus ille dies, iam tunc dedit omnia letho.
Ilicet obtegitur cœlum, nimijsq; tenebris
Victa repelluntur fuscati lumina solis.
Insanas hominum mentes vix tangere terror
Cœperat, insolito mox profluus æthere nimbus,
Et valido primùm similis demittitur imbri.
Arida terrarum pariter maduêre per orbem.



Vna fuit toto facies, & nubila cœlo.
Aegyptus tunc ipsa nouas expauit ad vndas,
Alsit & infusus Garamas, dudumq; calentes
Humida Maßylas tetigerunt frigora Syrtes.
Nec longum pluuiæ species, non deniq; guttæ
Stillant, sed rupto funduntur flumina cœlo.

Non aliter Tanais niuibus cum paſcitur albis,
Riphæo de monte ruens illiditur amni,
Præcipitatq́; ſimul, longo quod tramite ducat.
Vndarum tali quatitur certamine tellus,
Fitq́; lacus inſtar compreſſus fluctibus aër.
Nec tamen hic lymphas tantum fudere ſuperna,
Terreſtres etiam mundus conſurgit in iras.
Rumpitur omne ſolum, crebros dant arua meatus,
Proſiliunt fontes, ignotaq́; flumina manant.
Vergitur in ſurſum mutato pondere nimbus.
Inde cadens cœlis, hinc terris vndiq; ſurgens,
Occurrit mox vnda ſibi, iunctoq́; furore
Coniurant elementa neci, tranſcenditur omnis
Riparum limes fluuijs, atq; obice rupta
Sæuit laxatis diſcurrens humor habenis.
Sed cum diffuſæ ſpacium concludere terræ
Omnia certarent, mundumq́; implere capacem:
Suſpendi forſan potuit ſententia lethi,
Atq; mora maiore trahi: quò tardius omnem
Concedens ſpacium rapiat mors vltima carnem:
Nî pater Oceanus, mundum indignatus in ipſum,
Qui terras omnes tantùm vno litore cingit,
Exiret, rumpensq́; fidem, perfunderet arua.
Ergò vt peruerſi vindex crudelior orbis,
Diſſipat æternas leges, & ſede relicta
Regna aliena petens, naturæ fœdera turbat.
Vt duros primùm pelagi ſenſêre furores
Illuſtres fluuij, magnos quos inclita curſu
Fama refert, motusq́; nouos ſtupuere parumper:

Vt cre-

Vt credas ſapuiſſe fugam, ſic verſa retrorſum
Vndarum in terris ſublata volumina ſpargunt.
Inſequitur tamen Oceanus, refugisq; fluentis
Imminet, & ſalſis impellit molibus amnes.
Tunc maior ſtrepitu tanto mortalibus ægris
Fit metus: aſcendunt turres, & celſa domorum
Culmina, præſentemq; iuuat vel tempore paruo
Sic differre necem: multos dum ſcandere tentant,
Creſcens vnda trahit: quoſdam fugitare volentes
Conſequitur, curſuq; fugam deprendit inanem.
Aſt alij longo iactantes membra natatu,
Defeſſi ſpirant animas, aut pondere nimbi
Obruta ſtumineas immixta per æquora lymphas
In quocunq; bibunt morientia corpora monte.
Aedibus impulſis alij periêre ruina,
Cumq; vndis fluxêre ſimul dominusq; domusq;.
It fragor in cœlum, ſonitu collectus ab omni,
Quadrupedumq; greges, humana in morte ruentũ,
Augent confuſos permixta voce tumultus.
Hæc inter miſeri feruentia funera mundi,
Prægrauis inſanis pulſatur motibus arca,
Compagesq; tremunt, ſtridens iunctura laborat.
Nec tamẽ obſtructã penetrat vis improba, quanquã
Verberet, & ſolidam fluctu feriente fatiget.
Non aliter crebras Eccleſia vera procellas
Suſtinet, & ſæuis nunc diuexatur ab vndis:
Hinc gentilis agit duros ſine more furores,
Hinc Iudæa fremit, rabidoq; hanc impetit ore.
Hæreſeon veſana furens exinde Charybdis

Concu-

Concutit, & Graiûm ſapientia ſtulta Sophorum.
Quæ quanquam inter ſe vario certamine pugnant,
Debellanda tamen ſi quando Eccleſia, gaudent
Conſenſu vnanimi Chriſti conſurgere contra
Nauiculam, & vanis mendacia fingere verbis.
Sed clauſam vacuo pulſant impunè latratu.
Iam medium creſcens arcæ contexerat vnda,
Commôratq; cauam ſuſpendens vndiq; molem,
Sed meliùs tutam, facili portante natatu,
Quoq; vocant vndæ ſequitur iam mobile pondus.
Sic nos ſeruati meliora in tempora, mundo
Cedere diſcamus, dum ducimur, omne reſiſtens,
Si flecti neſcit, metuat vel pondere frangi.
Sed ſic cedamus, fluxum ne ſentiat intus,
Peccatumúe trahat mens impenetrabilis vllum.
Nauigat interea clauſtro commiſſus eunti
Fons vitæ, ſeruatq; furens ſuper omnia pontus
Orbis depoſitum, fido quod tegmine promat,
Cùm pax terrarum reddi ſibi debita poſcet.
Sic fluitanti vndæ tellus ſubducitur omnis.
Quinetiam inflatæ liquidum ſuper æthera ſummis
Collibus impoſitæ vicerunt edita lymphæ.
Delituit tectus ponto tum piniger Othrys,
Parnaſſi vertex cautem non protulit altam.
Ipſa cupreſſiferi latuerunt ſaxa Lycei.
Subductæ rupes, æquatæ fluctibus Alpes.
Excluſis domibus totus iam deniq; mundus
Axis & vnda fuit: nam cunctis morte ſubactis
Regnabant pelagi ſyluoſo in gurgite monſtra,

Et iam

Et iam vicinum pulsabant humida cœlum.
Iamq; quaterdenis manabat noctibus imber
Complêratq; necem, nec mors quod tolleret vltra
Inueniens, iustum audebat contingere Noë.
Frenantur tandem pluuiæ, resplendet & æther,
Redditur & cœli vultus, solq; ipse reductus,
Sed non inuentis, quîs reddat lumina, terris.
Tantũ in aquis lucens tristis videt æquora fulgor,
Cumq; etiam radios admotas frangit in vndas,
Tum consumendis feruens ac proximus instat.
Non minus & patuli terræ clauduntur hiatus,
Quæq; priùs vomuit lethali ex ore fluenta,
Obicibus proprijs constricta resorbet abyssus.
Nec tamen vt breuiter concreuerat, vnda recessit.
Siccant non pauci longo sub tempore menses,
Quod pauci fudere dies. Iam ducta natatu,
Armeniæ celsis instabat montibus arca,
Et nondum nudis fundo consederat aruis.
Vt stabilem sensit senior, motuq; carentem,
Nec fluitare natans ventosa per æquora lignum,
Credidit abductis nituisse liquoribus orbem.
Tum reserat summam sublimi à fronte fenestram,
Emissa refluos exploret vt alite fluctus:
Illa volans longo diuerberat aëra plausu,
Pennarumq; leues diffundit motibus auras,*
Cumq; diu fessis vndas perstringeret alis,
Nec locus optatam requiem concederet vllus:
Consuetum repetit prospecto ex æquore claustrum.
Exceptam senior manibus tunc colligit intus

* Rectiùs forsan: diffindit. Sap. 5. 11.

Aduer-

Aduertens nullas patuisse per humida terras.
Interea magna pontus se mole mouendo,
In chaos antiquum linquens mundana redibat.
Excelsi tandem proferre cacumina primùm
Incipiunt, posti quos parui crebrescere montes.
At verò vt pelagus cinxerunt litora priscum,
Oceanusq; sacer notas collectus in oras,
Contentus solito labentia flumina tractu
Sorbuit, & cunctis distrinxit frena fluentis,
Torrentesq; suæ clauserunt vndiq; fossæ.
Libera subductis nituit mox arida lymphis.
Tunc interposito producens tempore coruum
Scire cupit senior, vacuumq; interrogat orbem.
Ales vt extensis nitidum petit aëra pennis,
Aspiciens plenis immensa cadauera terris,
Carnibus incumbens, & mox oblita reuerti,
Rectorem placidum communi in sede reliquit.
Sic nescis, Iudæe, fidem seruare magistro,
Sic carnem dimissus amas, sic gratia nunquam
Custodi vitæ dominoq; rependitur vlla.
Mente vaga sic lassus abis, sic fœdera legis
Rupisti, & primum violasti perfide pactum.
Temporis vt spacio senior collegit, inertem
Iam potuisse suis coruum se reddere claustris:
Ignarus tardi reditus, caussæq; morandi,
Ne fors innexis fessum consumserit alis,
Iunxerit & cunctis pereuntibus vnda recurrens:
Protinus albentem mittit de sede columbam.
Illa memor iussi, rapido petit arua volatu,

Paci-

Paciferumq́; videns ramum viridantis oliuæ
Decerpit, mitiq́; refert ad condita roſtro.
Tali legatus firmauit fœdera ſimplex
Indicio, purumq́; pius ſic comperit orbem.
Integer immenſum vertebat circinus annum,
Quo felix clauſtrum ſpirantia cuncta tenebat:
Tum pater ablatis obducta repagula valuis
Pandit, & incluſis diſſuetum reddere ſolem
Incipit, effœto redeant vt ſemina mundo.
Ante tamen iuſtus iubeat quam ſparſa vagari:
Singula de ſeptem quæ dudum claudere munda
Curauit, natis pariter nuribuſq́; vocatis, Gen. 8. 20.
Ceſpite conſtructa diſponens immolat ara,
Accendens ſanctos his primùm altaribus ignes.
Plurima dum magnis adolentur corpora flammis,
Et numeroſa leuat per pinguem victima fumum:
Suauis odor tetigit lætum trans æthera cœlum,
Primaq́; purgati ſuſcepta eſt hoſtia mundi.
Tunc igni permixta ſacro vox intonat iſta:
Hactenus infectus contagia traxerit orbis,
Sufficiat tranâſſe nefas, mundata lauando
Perpetuo maneat tellus, vultusq́; reductos
Contineant elementa ſuos: haud amplius vllis,
Perturbata malis moles mundana fatiſcat.
Vos quoq;, quos lethi ſaluauit tempore vita
Incluſosq́; tenens caſu defendit ab omni,
Ducite ſecurum ſeruatis legibus æuum:
Vosq́; caput generis fœcundo ſemine prolem
Spargite, diffuſum latè quæ compleat orbem,

Deletum

Deletum inſtauret numerum, dominetur & orbi.
Fertile quinetiam reddant animantia germen,
Quod tamen inflexum famulabitur ordine priſco.
Porrò autem terris ex hoc iam non erit vltra
Diluuium regnans, carnem quod conterat omnem.
Vnum quod fuerit, ſigno monſtrabitur vno,
Nec ſimilem repetita necem peccata videbunt.
Et ſi crimen erit, terror non deforet alter.
Sic vnum genitor iurans baptiſma ſacrabat,
Vt ſemel abluto lymphis purgantibus orbe,
Baptiſmum haud liceat nobis ſperare ſecundum.
Vix tribus exactis cœli iam partibus ibat
Pronus in occaſum radius, cùm fortè remotam
Axe ſub Eoo iuſſus contingere nubem
Protulit excuſſum madefacto ex aëre ſignum,
Arcus & enituit, quam nunc Thaumantida Graio,
Irim Romulco vocitant ſermone poëtæ:
Pendulus obliquum ſolem cum ſenſerit humor,
Ancipites vario mittens ſplendore colores.
Nec numerare queas, ſic mixtos lumine viſus
Illudunt dubij diuerſis vultibus orbes.
Sapphirusq́; virens, maculoſus, cærulus, albus:
Purpureum de nube trahit, de ſole coruſcum,
De cœlo rutilum, de terra ſumit & atrum.
Et nunc abiunctis quæ conſtant hæc elementis
Sic diuerſa putas, vt concordantia cernas.
Hanc formam ſigno trepidis mortalibus arcus
Præſtitit eſſe Deus, promittens nube ſerenum
Nullaq́; iam terris debere pericula cœlum.

Nunc

Nunc quisquis semel allatam seruare salutem
Optas, signatum potiùs signo inspice Christum.
Verus enim atq; vnus firmati fœderis arcus
Ille Deum atq; homines inter, qui virgine carne
Virgineo ex vtero sumta, iam munere lucet
Multiplici in cœlo varius, sed fulgidus, omni
Vitalem monstrat sacrati pignoris artum.
Hunc coràm aspicies, quisquis baptismate tinctus,
Ad cœlum liber culpis peruentibus ibis.
Quòd verò sparsis Noë saluatur in vndis,
Baptismi hinc formam Petro testante docemur. 1. Petr. 3. v. 20. 21.
Arca vetus Noæ, Christi est Ecclesia, per quã,
Extra etiam quam nemo potest saluarier:
Ergò
Quicunq; es Christi baptismate lotus in arca,
Hoc votis precibusq; petas, hoc fletibus opta:
Ne redeant peccata tibi, ne mersa leuentur,
Mortua ne surgant, neu debellata rebellent:
Ne post ablatum valeant discrimina crimen,
Et flammam timeas, quia iam non suppetit vnda.

IN ALCIMI AVITI LIBRVM IIII. NOTÆ AC LECTIONES diuersæ.

Vers. 2. *Infandumq;*] ms. & Col. Legitimumq; nefas laxo de morte piatum Diluuio. Col. de more. *v. 3. Quòd*] ms. & Arg. Quo fabula. Colon. Quia fabula mendax. *v. 7. Quæ duræ*] ms. & Col. Saxea

perduram monſtrans primordia mentem. *10. Lactentem*] Ex Arg. & Col. Manuſcriptus enim codex, habet: lactantem. *12. Omni pro lege*] mſ. & Col.

Ingentes animos: licitum quod quiſq; libêret

(vbi procul dubio legendum eſt: queîsq;, vel vt Argentinenſis editio habet: quod cuiq; liberet)

Credidit, & propria valuit pro lege voluntas.

Ius hominum nullum: ſic nil diſtare putatum, &c.

15. Nuſquam] è mſ. & Col. cum in Fabriciano eſſet: nunquam. *20. Hic*] mſ. Is melior. *21. Brutorum*] mſ. & Col.

Sic hominum vitam brutorum more tenebat
Motibus addicens mens inclinata ferinis.
Sanguine potus erat.

25. Mentibus] mſ. & Col. faucibus eſcas.

26. Si cuiquam] mſ. & Col.

* Col. necatur. ——— *quadrupes, propria qui morte * necatus,*
Sæuior aut certè quem vincens beſtia cepit,
Paſtus erat, quem nulla fides, lex nulla vetabat.
Vt verò pecorum ritu.

31. Mundi] Col. mundo. *32. Ferueret*] mſ. tertio ordine legit:

Ferueret, in caſto non eſt fas dicere verſu,

eodem pacto, quo Virgil. lib. 8. Æn. v. 677. dixit: Feruere Leucaten. Sed Argentinenſis, & poſteriores editiones, malunt ſecundo ordine: Feruere, caſto &c. *35. procul*] mſ. & Col.

——— *pulſaq; ſimul ratione furebat,*
Et deſerta iacens Domini cœleſtis imago
Omne decus mentis turpi deiecerat actu.

43. Contra autem] mſ. & Col. — *gratia vultu,*
Agricola oblitus ſi brachia fortè remiſit,

Laxauitq; manus. 49. *Et frutices*] mſ. & Col. Effandit frutices vacuos, ſyluamq; minatur. 55. *Ad ſecura*] Ex Argentinenſi: Nam mſ. & Col. habet:

——— *depulſo ſole tenebræ,*
Ac ſecura ferás imitent ludere luſtra.

62. *Erratu*] mſ. & Col. Doctior errorum. 63. *Vincit*] Arg. vincit. ſed mſ. & Col. Baſil. Lugd. & Fabr. præteritum magis probârunt. 65. *Leni promittit*] è mſ. & Arg. Col. perperam habet: leui. Fabr. læto promit qui gurg. 69. *Pellit*] mſ. & Col. tendit. 71. *Tum*] Ex mſ. & Col. Nam in Fabr. extat: Tunc circumf. 77. *Tranſportat*] Arg. portatur in vndas. 78. *Sic ejus*] mſ. Hos in commotus. Col. Hos inquam motus ſimilesq;. 80. *Longius*] mſ. & Col. Longior. 82. *Lethi*] è mſ. & Col. Nam in Fabriciano codice legitur:

Vita tenax, tanto ſuſpenſi tempore lucri.
Nullus terror erat, quod ſi qui debita letho, &c.

vbi puncto minùs tempeſtiuè interpoſito, ſenſus non leuiter turbatur. 83. *Quod ſi qui*] mſ. & Col.

Nullus terror erat. Sors ſi quem ſæua tuliſſet,
Ceu qui nec natus fuerit, nunquamq; leuandus
Morte putabatur: ſic cunctis nulla futuri
Spes inerat. 91. *Solitum*] mſ. & Col. Nec tamen effari licitum, quo ſemine cretos. Comminem cunctis ortum de matre ferebant. 96. *Molem*] Col. diſſona moli. 98. *Auxit*] Col. haurit. 100. *Viri*] mſ. viris. 102. *Imò*] mſ. & Col. — *patulis qui faucib. atri*
Ferrent, & verſo præberent vertice greſſus.
Tunc etiam ſolitos iuſſo terrore, Tonanti.

106. *Veneni*] è Col. Nam mſ. legit: venenis. 107. *Hu*] Col. Hos ſimilis. Ibidem: *Phlegrai*] De

bello Phlegræo, inter Herculem & Gigantes, legatur Statius lib. 11. Thebaid. v. 7. & Sil. Ital. lib. 12. à versu 110. vsq; ad 157. *v. 110. Aruis*] Col. armis. *113. Qui cœlum*] mſ. A. & Col.

* Baſ. Attamen.

* *Et tamen audaci voluit contendere pugna,*
Quiſq; rebellis erat: qui cum confligere telis
Non potuit, ſæuis concepit prælia votis.

Quiſque) Veteribus idem quod, quicunq;.

Montibus impoſitos non eſt fas credere montes:
Hoc tamen & demens illos tentâſſe putabo.

Mſ. tentâſſe putato. *119. Sic poſſe*] Baſil. manibus ſe poſſe. *122. Conſcenſis*] mſ. tranſcenſis. *126. Diuiſa*] mſ. & Col.

——— ſciſſu ſic lege loquendi,
Conſenſum ſcelerum turbata ſuperbia rupit,
Dum ſe quiſq;, ſuis poſſit quem noſcere verbis,
Aggregat, atq; nouas ſequitur gens quæq; loquelas.
Sic interrupta, &c.

132. Immiſerit] mſ. & Col. contemtum miſerit aſtris:

Abſtergente Deo, ſat noſtra ſilentia damnent.

134. Furentes] mſ. frementes. *138. Sed coniuratus*] Quinq; hos verſus ita recenſere ac diſtinguere volui, vt in vetuſtiſsimo codice manuſcripto extabant, quòd ſenſus planior eſſet, quàm in Fabriciano, vbi legitur:

Sed coniuratus (poſtquam percurrere ceptum eſt.)
Perditionis iter ſtatuit, ſenſuq; per omnes
Obtinuit victor peccati inſignia mundus.
Nec reuocare gradum à vitijs, greſſumq; referre.
Cuiquam erat in votis: id tandem exhorruit autor.

143. Illum] mſ. & Col. Pœnituitq; videns, totum quòd fecerit orbem. *146. Illecta*] mſ. & Col. attra-

atuacta. *150.* Crimine] mſ. & Col.

——— ——— *tranſcenditur omni*
Inuentor lethi lapſu: nec ſufficit illud,
Vicit inexpertum quòd ſerpens priſtinus Adam.

Repetito etiam, in Colonienſi editione, verſu 140.

Obtinuit victor peccati inſignia mundus.
Vnum quod fuerit, ſigno monſtrabitur vno.

Non content. *152.* Contenta] Mſ. & Col.

Non contenta ſuo fœdari vita parente,
Affectat mortem propria virtute mereri.
Expectaſſe diu non profuit.

156. Continet] mſ. & Col. preſſerit. *157.* *Nec flumine*] mſ. & Col. Non fulmina cœlo Flammeus ardor aget. *159.* *Tellus*] mſ. & Col. ſuccumbens terra tumultu: ſed ſordens vitijs. *163.* *Succumbat*] mſ. & Col. Arida decedant lymphis. *165.* *Homini*] mſ. & Col. Hæc clades vanis, carniq;. *171.* *Summus*] mſ. & Col. Dignum quem ſummus laude. *173.* *Sacri*] Colon: ſancti. *176.* *Filius*] in mſ. & Col. eſt: pronepos, quod procul dubio è ſcholijs inter ſingulas lineas annotatis, in ipſum autoris textum irrepſit. *177.* *Plus eſt*] è mſ. & Col. Nam Fabr. præter Auiti mentem legit: Nec minimum eſt. *179.* *Quanquam*] mſ. & Col. Denique quò priſcus quondam conſcenderat Enoch, Elias, &c. *186.* *Mereri*] Sic loquitur Poëta noſter, vel nimia quadam licentia Poëtica, vel ſeculi illius ſuperſtitione inductus. Sacræ enim literæ miraculoſam Noæ conſeruationem, nequaquam meritis humanis, ſed gratiæ diuinæ tribuendam docent, Gen. 6. 8. Eſa. 54. v. 9. 10. Ebr. 11. 7.

Vid. ſuperiùs lib. 1. v. 178.

188. *Tempore*] mſ. & Col.

ſanctì quòd tempora Noæ
Vnius ob meritum, natis nuribusq; tuendis
Orbis in exitio potuerunt ferre ſalutem.

191. *Numeros*] mſ. & Col. numero præſtantior omni. 196. *Sacro*] Col. ſancto. 200. *Tutantur*] Arg. Defendunt, mundiq;. 203. *Rebus*] mſ. & Col. ſummisq; parat myſteria cauſsis. 208. *Germina*] è mſ. A. C. L. & Fabr. In Baſil. eſt: ſemina patri. 210. *Ingrato*] è mſ. & Col. Baſilienſ. legit: Ingrato conſtrinxit in ore. Lugdun. more loquelas. Fabric. inſolito reſtrinxit more loquelas. 241. *Ille*] mſcript. & Col. Archangelus alto. 215. *Auris*] mſ. & Col. leuibus circundatus alis, Velocesq; mouens ignoto in corpore pennas. 217. *Nulli*] Arg. Nullis. 224. *Fulgorem*] mſ. & Col. perſonam ferre ſupernam. 225. *Detorquent*] mſ. & Col. detorquet. 226. *Ille ſalutiferis*] Integer hic verſus in Arg. & Colon. omiſſus eſt. 227. *Aggreditur*] mſ. & Col.

Aggrediens verbis, cœli mandata ferebat:
Pax tibi iuſte virûm: pacem tibi miſſus ab alto
Imprecor, vt pulſo capias mea dicta pauore.
Hæc mandat ſummus terra pelagiq; creator.
Inſperata quidem.

232. *Sed enim*] mſ. & Col. Sed qui tranſire mereris: Et præſcire potes] 235. *ſæuo*] Colon. ſæuum depellere lethum. 236. *Forma*] mſ. & Col. Vita tibi poterit. 243. *Latè*] mſ. & Colon. lato. 245. *Triſtegaq;*] mſ. & Col.

Per medium, per ter longo cœnacula tractu
Edita ſuſpenſis domibus tabulata leuabunt,
Vt generis proprij ſeruans conſortia manſor

Compo-

Componat partus discreta cubilia cellis.

249. Memor esto] Rectiùs, quàm in vetustissimis codicibus, vbi erat: linire memento. *253. Clades*] ml. vitam. *256. Iubeto*] mſ. Iubebo. *257. Deleti*] è mſ. A. C. L. & F. Basil. legit: dilecti germinis. *264. Iumentorumq;*] mſ. & Col. Et quæ iumenta vocantur. *271. Cunctis*] mſ. & Col. totis. *273. Illuc*] mſ. & Col. illic. *277. Nec quicquam*] mſ. & Col.

Nunquam tu credulus illi,
Quem nimis expertus vitandum præmonet Adam.
Hostis namq; semel voluit quicunq; nocere,
Hic semper suspectus erit.

282. Seruire] A. & B. parêre memento. *288. Venis*] mſ. & Colon.

Seu missus seu sponte tua super æthere celso
Venisti, & placidum sacrâsti fœdere pactum:
Sis fautor. 295. Tantus] Arg. tantos. *297. spoliatus*] mſ. & Col. *Spoliatæ robore sylvæ:*
Mons vt quisq; fuit, famulo placuere paratu.
Pelion immensas committit vertice quercus.

Arg. mittit de vertice quercus. *301. Alto*] mſ. & Col. alta. *304. Immensum*] mſ. & Col. Inuictum tunc surgit opus. *308. Tanta*] Ex vtroq; Basiliensi. Nam in mſ. & Col. est: clausa moueri. *309. Nec amplus*] Col. Fortè vel ampli Euphrates Nilusúe queant vix claudere ripis. *321. Cum concideat*] Colon. qua coneidat omne Bacchatamq; diu consumant secula carnẽ. *324. Præduri*] mſ & Col.

Construat vt validam præduri tegminis arcam.

327. Hîc tamen] mſ. & Col. Haud procul attentum contemplans nunc operantem. Nónne piger quis-

quam lucri, tædensq; lab. *334. Sic sapuisse*] mſ. & Col. Deſipuiſſe dolet diues. *335. Varios*] mſ. & Col. Vltroq; in paupere cenſu Conſumtis. *337. Ergò*] mſ. & Col. Inde repentinum. *340. Vanos*] Ex Arg. Nam codex mſ. & Col. habent: varios. *342. Facto*] Colon: parço. mſ. Euaſit parto diffuſa pericula clauſtro. *345. Tunc*] mſ. & Col. Tum. *351. Mentem*] mſ. & Col. vitam. *353. Sic vindice*] mſ. & Col.

Satis vndiq; conſtat
Vitale indicium præcedere ſæpe timorem:
Securos lætosq; reos tell.

356. At contra] mſ. & Col. Niniuæ contra populis. *358. Iuſſus*] mſ. Miſſus. *364. Sic permiſſa*] mſ. & Col. ſit dimiſſa poteſtas.] *365. Actum eſt*] mſ. & Col. nil dentibus actum. Intrauit cupidum deludens. *368. Dum tres luce*] è mſ. & Col. apud Fabr. eſt:

ieiuna vixit in aluo.
Dumq; illum ternos agitâſſet bellua ſoles,
Et noctes totidem, ac litus vacuanda viderent,
Tum caſtigatum vomuêre ergaſtula paſtum.

373. Vis criminis] mſ. Vim criminis, inquit, Ardentis flaminis reſtringent (omma pœnæ, vbi procul dubio legendum eſt) oma pœnæ. Argent. Vim criminis, inquit, Ardentis, flammis reſtinguent. Colon. omnia pœnæ. *377. Concurrunt*] mſ. & Col. procurrunt. *380. Cineres*] mſ. cinerem, lacrymas in poc. Colon. lacrymasq; in pocula fundunt. *384. Hinc*] Col. hic. *389. Reſtringit*] mſ. & Colon. reſtrinxit miſsile fulmen. Ergò vbi ſylueſtres ſexu collegit vtroq; *392.* Et

ob id

ob id] Argent. Sumere quæ licitum eſt, nec non quæ munda vocantur. Colon. licitum eſt mandi, vel munda vocantur. mſ. quæ licitum eſt veſci, vel munda vocantur. *393. Hincce tamen*] è mſ. Nam Argent. legit: Hiſce tamen. Fabr. Hinc certum ſeptena dedit. *405. Quod poſtquam*] mſ. & Col.

riſit deformior ortus:
Et plus iam turpis nudato ſimplice nequam.* *Col. gau-
Quod poſtquam ſanctus potuit cogноſcere Noë, der.
Natum germanus famulum dedit: inde repertũ (eſt)
Tale iugum: cuncti nam ſemine naſcimur vno.
Seruitij certè cauſſam feciſſe reatus
Cernitur, & liber peccans, fit crimine ſeruus.
Si rurſum nexu famulus ſtringatur honeſti,
Natales faciens ſibimet, iam nobilis hinc eſt.
Nuncius interea dudum qui miſſus ab alto,
Detulerat iuſto cœleſtis munera verbi
Protinus vt clauſum vidit, rebus & paratis
Expectare diem: turſ.

425. Dedit] Colon. dabit omnia letho. *429. Inſolito*] mſ. & Col. inſuetus. *438. Albis*] Col. albus. *444. Mundus*] mſ. & Col. Conſurgit mundus in iras. *451. Rupta*] Arg. obijce rupto. *457. Mors vltima*] mſ. & Col.

—— rapiat ſors vltima carnem.
Oceanus vertex rerum nî feruidus, vno
Litore qui tantùm terras atq; æquora cingit,
Exiret, rumpens q; fidem perfunderet arua.
Diſſipat æternas leges, &c.

464. Duros] mſ. & Col. Vt diros primùm. *465. Magnos*] Argent. Magno quos inclita curſu Fama refert. mſ. & Col. magnos quos inclita curſu

Forma refert. *468. Vndarum*] mſ. & Col. Iter terras ſpargunt ſublata volumina ponto. *469. Refugiq;*] Arg. refluiſq;. *470. Molibus*] è mſ. & Col. vbi tamen ſubijcitur, omnes. — *Impellit molibus omnes.* Fabr. motibus amnes. *472. Et celſa*] Colon. excelſa. *475. Fugitare*] mſ. & Col.

——— *quoſdam montana petentes*
Conſequitur: lethoq; fugam deprendit inanem.

479. Flumineas] è mſ. & Col. rectiùs, quàm in Fabriciano, flamineas. *482. Cumq; vndis*] mſ. & Col. Inq; vndas venêre ſimul dominusq; domusq;. *484. Ruentum*] mſ. & Col. cadentum. *487. Prægrauis*] Argent. Prægnans. *489. Nec tamen*] mſ. & Col. Non tamen. *492. Nunc diuexatur*] mſ. & Col. ſic nunc vexatur. *493. Duros*] mſ. & Col. tumidos ſine more. Baſil. ſine fine. *494. Hanc imperit*] mſ. & Col.

——— *rabidoq; illiditur ore.*
Prouocat inde furens hæreſin veſana Charybdis,
Turgida Graiorum ſapientia Philoſophorum,
Inter ſe tumidos gaudet commiſcere fluctus.
Obloquijs vanos ſufflant mendacia ventos,
Sed clauſam vacuo.

*Col. Turbida.

503. Commòratq;] è Lugdun. Nam in mſ. & Col. eſt: Commouitq; cauam. *504. Sed*] mſ. Et melius tutam. *506. Sic nos*] mſ. Cedamus mundo, dum ducimur. *514. Poſcet*] mſ. & Col.

——— *reddi ſibi debita poſcit.*
Ergò ibant vndæ, tellus ſubducitur omnis.
Collibus impoſitæ vicerunt æquora lymphæ.

519. Altam] mſ. non protulit vllam. *522. Excluſis domibus*] mſ. & Col. Omnibus excluſis to-

tus iam den. *525. Humida*] mſ. & Col. auia. Al. vuida. *527. Nec mors*] mſ. & Col. nec iam quod tolleret vltra Mors habuit, prelsitq; natantia funera pontus. Frenantur tand. *530. Cœli*] Ex Arg. mſ. & Col. legunt:

Redditur & cœlis vultus, Sol ipſe reductus,
Sed non inuentis, quîs reddat lumina, terris.
(Fabr. *Sed non inuentis qui reddat lumina terris.*)
Tantùm luxit aquis, triſtis videt æquora fulgor,
Quamq; breues radios admotas frangit in vndas,
Tam conſumendis feruens ac proximus inſtat.
Nec minus & patuli.

538. Breuiter] mſ. & Col.

Non tamen vt venit breuiter, ſic lympha recedit.
Siccant non pauci longo ſed tempore menſes.

542. Conſederat] mſ. conſedit in aruis. *546. Tunc*] mſ. & Col. Tum reſerat.

A fronte] Colon. Sublimi fronte. *549. Pennarumq;*] mſ. & Col. Atq; quatit vacuas pennarum motibus auras. *553. Tunc*] mſ. tum colligit. *558. Parui*] mſ. & Col. tenues crebr *561. Tractu*] Colon: tactu. manuſcript. Baſil Lugd. & Fabr. tractu. *562. Diſtrinxit*] mſ. & Col. diſtinxit. *564. Nituit*] mſ. & Colon. nituerunt arida lymphis. *568. Immenſa*] mſ. & Col. ſtipata cadauera. *577. Suis*] mſ. & Col. Iam potuiſſe ſatis coruum. *579. Ne foris*] mſ. & Col. Ne foris innex. *583. Paciferumq;*] mſ. & Col. Paciferæq;. *584 Ad condita*] Arcam intelligit. *587. Circinus*] Arg Circulus mſ. Col. Baſ. L. & Fabr. circinus. *589. Valuis*] mſ. ſerris. Vide paulò ſuperiùs, libr. 3. v. 319. *590. Diſſuetum*] mſ. & Col. deſuetum. *599. Tetigit*]

mſ. &

mſ. & Col. lætum tetigit trans æth. *603. Tranaſſe*] Arg. tranſiſſe. *604. Maneat*] mſ. & Col. niteat. *608. Inclinſasq;*] mſ. & Col. intactosq;. *613. Reddant*] mſ. & Col. reddent. *615. Porrò autem*] mſ. & Col. insuper & terris. *619. Deforet*] è mſ. Fabr. terror non deerit alter: minùs commodè, niſi inſerta copula legas: terror non deerit & alter. Eodem penè ſenſu, quo Pſalmus 76. v. 10. inquit: Si homines aduerſus te furere pergant, tu quoq; pluribus armis inſtructus es. *620. Vnum*] Vide loca ſcripturæ, Eph. 4. 5. & 2. Petr. 3. v. 6. 7. *621. Abluto*] mſ. & Col.

Vt ſemel ablutum lymphis purgantibus orbem
Sit ſperare reum lauacrum non poſſe ſecundum.

Vide notas ad v. 641. adiectas.

Quod Pulmannus ita correxit: Sic ſperare reos iterum non poſſe lauacrum. *627. Enituit*] mſ. & Col. emicuit. *630. Mittens*] mſ. & Col. mittit. *632. Illudunt*] è mſcript. & Colon. Nam in Fabriciano eſt:

Multiplicat illudunt diuerſis vultibus orbes.
Sapphirino, viridi, maculoſo, cærulo, & albo.

635. De terra] mſ. de terris ſumit vt atrum. *641. Nunc quiſquis*] In mſ. & Colon. paulò aliter:

Nunc quicunq; cupis veram ſeruare ſalutem,
Illud ſuſpicies ſignum, quod ſigna figurant.
Namq; dator vitæ præmiſit talia Chriſtus,
Et geminata dedit ſubſtantia ſalua ſalutem.
In terris ſumtæ nitida de virgine carni
Naturalis ineſt patrio de germine fulgor,
Et medius quidam mediator in æthere celſo
Munere multimodo varius, ſed fulgidus omni,
Vitalem monſtrat ſacrati pignoris arcum.

Iſtum

Istum corde vide, quisquis baptismate lotus
Ad cœlum liber culpis pertransibis exis.
Nam legis forma vos, inquit Apostolus, ista 1. Petr. 3.
Saluabit lauacrum, (media, præter Grammati- 21.
corum leges, correpta. Quapropter Pulman- Vid. supr.
nus substituit: Saluat Baptismus) libr. 4. v.
prisci cum tempore Noæ 622.
Conclusas ligni animas describeret octo.
Comparat ille datum, tu seruans dilige donum,
Hoc votis precibusq; gerens, hoc fletibus optans,
Ne redeant peccata.

657. *Neu*] Ms. & Colon.

ne debellata rebellent:
Ne post ablutum valeam discrimina crimen, &c.

ALCI-

ALCIMI AVITI DE TRANSITV MARIS RVBRI,

Liber Quintus.

Hactenus in terris vndas sedisse canenti,
Terram inter fluctus aperit nunc carminis ordo.
Illic diluuium, quos perderet, antè petiuit:
Hîc ad diluuium pleno succensa furore,
Sponte sua current perituræ millia gentis.
Sustinuit duros externa in sede labores,
Cum Pelusiacæ seruiret subdita genti
Exod. 1. v. 13. 14. *Plebs oppressa diu: densi quam pondere cœni,*
Et laterum numeris, operis mensura diurni,
Afflictam, sæui vexabat fraude Tyranni:
Inuisam sibimet frendens qui crescere turbam,
Augeri doluit famulos. namq; ille vocatis
Ex. 1. 16. *Cunctis Aegypti obstetricibus, imperat illis,*
Vt quoscunq; mares lux alma emittet, ad vnum
Interimant, solæ euadant ea fata puellæ:
Sed tamen auersæ fugerunt talia matres,
Atq; interdictos renuerunt perdere fœtus,
Persistente Deo plebem diffundere sanctam.
Quòq; magis mens cæca trahit crudelia pacta,
Hoc plus accrescunt teneræ primordia gentis.

Vide-

Viderat intereà genitor de ſede ſuperna,
Afflictamq; manum placido proſpexerat ore:
Iam ſacer innocuas dederat de fomite flammas, Exod.3.2.
Et rubus in rubeo viridis permanſerat æſtu.
Quo ſigno ſpinas noſtræ ferueſcere mentis,
Et lucere bonis, qui non conſumeret ignem,
Sed tenebras mundi auferret, pia pectora nôſſent.

Iliacet electi vates mandata ferebant,
Depromit regi cum primus talia Moſes:
Seruitij longo laſſatam pondere plebem,
Oppreſſos cophinis humeros, attritaq; colla, Exod.5.18.
Quæsq; opus aſſiduum fecit dureſcere palmas,
Laxandi iam tempus adeſt: dimitte precantes
Tandem cœleſti Domino perſoluere vota,

Et complere datos patrio moderamine ritus :
Ille fremens inquit : quæ tanti cauſſa tumultus,
Quisue nouus populum Deus exigit, omine miſſo ?
Scilicet hæ vacuæ tangunt cœleſtia curæ,
Et dominus dominis famulos nunc tollere priſcos,
Noſtraq; vult populũ contemnere iuſſa rebellem ?
Quis Deus iſte recens, cui nunc parêre neceſſe eſt ?
Eſt ne aliquid quæſo mihi formidabile ? verùm
Iam video : veſtræs ſeducunt otia mentes,
Et niſi laxatos requies conceſſa foueret,
Nulla ſuperuacuis tererentur tempora verbis.
Quæ ſi caſtigans reſtringat ſarcina maior,
Illicitus vetitum conari deſinet auſus.
At vos ſignifero qui talia vota ducatu
Inſtruitis, vano & plebem ſubuertitis ore,
Conſpectus vitate meos, vultumq; cauete.
Ditem namq; Pharon, vel pollentiſſime curſus
Teſtor Nile tuos, & diuæ vocis Anubim,
Cùm rabidus latrat, iam non impunè futurum,
Si noſtrum rurſus repetant hæc dicta tribunal,
Sentiet iratum mens hæc temeraria regem
Virgam fortè manu geſtabat legifer heros
Quo baculo nitens greſſum dum dextra regebat,
Excutit hanc valido proiectam cominus ictu.
Tum (mirum dictu) commotum ſerpere lignum :
Non inſenſibiles ceu promit palmite ramos,
Vita mouens tantùm, quos altum creſcere cernis
Non etiam ſentire, ſed hîc multò ampliùs actũ eſt :
Fluxit enim reptans, mutati & corporis vſu

Senſum

Sensum animamq́; gerens cœpit decurrere virga.
Mox anguem formata refert: conterritus hæsit,
Aeternumq́; niger tum palluit ore Tyrannus.
Sed ne confusum tali succumbere signo
Cerneret assistens vultu nutante satelles:
Dissimulat peragi cœlesti numine factum,
Nec diuina volens, hominum sed gesta putari,
Tum mandat quoscunq; Magos, & carmina doctos
Illicitam diris tentent vt fraudibus artem.
Vndiq; tunc iussi concurrunt, & medicatas
Arma vt quisq; suas noto phantasmate virgas.
Dant iactæ vanas species, anguesq́; putati
Illusos terrent oculos, fallente figura.
Nec longùm tumuere Magi, consumitur omne
Quod fecisse rati: fictos namq; arte dracones
Primus adhuc mordax absorbuit ore Cerasta.
Postquam virtutis clausit spectacula Moses,
Victorisq́; tenens erexit in aëra caudam:
Decedit serpens ligno, vultusq́; recedit.
Diriguere vagi durato corpore flexus.
Quid multis? fit virga prior, qua deinde sacerdos
Plurima succiduo monstrauit tempore signa.
Hinc dirum frondens Pharaonis conscius ardor,
Diuinæ incepit per cuncta resistere dextræ,
Quæ iam cognoscens, nolit tamen ipse fateri.
Protinus excluſos iussit discedere vates.
Illi diuinas pulsant cum fletibus aures,
Vt fremitus gentis tandem frenetur iniquæ,
Quam grauiùs sæuam monitus fecere superni,

Ipſis quinetiam cæleſtibus arma minantem.
Tum pater accipiens gemitus lacrymasq́; pre-
Talitèr hortatu blando ſolatur amatos: cantũ,
Ne tantùm vacuo ſubmittite corda timori,
Plebs mea, quam toto mundi de corpore ſumtam
Elegi, & propria ſolam mihi ſorte ſacraui.
Iam nunc cernetis, quanto primordia veſtra
Proſequar auxilio, veſtros vt perſequar hoſtes.
Ducam ſublimem portenta per omnia dextram:
Nec volet in paucis Pharius rex cedere ſignis,
Longiùs vt duram vincant miracula mentem.
Poſt hæc laxatos etiam diſcedere coget,
Expelletq́; ſolo: quod nunc negat, ingeret vltrò.
Ibitis ad magnas poſt fortia prælia ſedes,
Quâ vocat expectans præfertilis vbere terra,
Et claras victis condetis gentibus vrbes.
Vos modò promiſſis tantùm confidite donis,
Et quos depoſcent ingentia facta labores,
Læta ferat virtus, ſeſeq́; ad proſpera ſeruet.
Talibus auditis, melior ſpes arripit illos,
Attollunt animos, palmasq́; ad ſidera tendunt,
Concipiuntq́; fidem votis, gratesq́; rependunt.
Poſtera lux dubios primum præmiſerat ortus,
Et ſucceſſorem depulſa nocte ferebat
Inſiſtens aurora diem: tum flumina ſanguis
Imbuit, & ſubito maduerunt arua cruore.
Sed non in minimis portentum hoc contigit vndis,
Fluuiorum rex ipſe rubet, nec lumine priſco
Nilus agit proprium, quem ſumſit fonte, nitorem.

Vnda-

Vndarum vice ſanguis ineſt, non corpore fuſus
Aut de ſtrage, ſed irato delapſus olympo.
Ergò hinc naribus obſtrictis, victoq́; natatu,
Interîre ſimul peregrini in gurgite craſſo,
Auxeruntq́; ſuo ſaniem de funere, piſces.
Fortè & ſanguineus mortis cladisq́; futuræ
Indicium iam Nilus erat: qui protinus omnes
Aegypti terras, vel quò patet ampla Canopus,
Et portentoſæ tellus vaſtiſſima Memphis,
Imbiberat dirum ſpargens per rura cruorem.
Et iam inter pingues ſitiens defecerat vndas
Aegyptus, ſi non celerem ſuper arua medelam
Afferret, Niloq́; ſuas Deus inderet vndas.
Tum verò vt requiem peſtis ſubducta reduxit,
Effertur rurſus dilata morte Tyrannus,
Et vix euaſæ ſpernens diſcrimina mortis,
Innocuam flagris perſiſtit ſubdere gentem.
Nil iuuat hîc multis omnem narrare ſuperbi
Perfidiam, & duri periuria dicere regis.
Protinus vt duris inſontem affligere gentem
Imperijs, rurſum ſolita inclementia cœpit:
Vnda putreſcenti vix dum purgata cruore,
Ranarum fœdis impleuit ſaltibus vrbes.
Complentur cellæ, penetraliaq́; abdita, ranis.
Ipſa etiam raucas regalis purpura voces
Suſtinet, atq; ſuis homines ſubmittere iuſſis
Sueta, locutuleis frendet ſuccumbere ranis.
Quarum mox cumulis flamma tonitruq́; ſubactis,
Nec ſic crudelis placata eſt ira Tyranni.

Ergò muſcarum (Cyniphes dixere) peremtis
Confeſtim ranis, examina plurima ſurgunt,
Pendula quæ portant leuibus corpuſcula ventis,
Pennarumq; vices peragunt ſtridentibus alis:
Mox ſeſe pariter fundunt, atq; omnia complent.
Et licet immerſis defigant vulnera roſtris,
Plus horror quàm pœna mouet: plus vulnere, terror.
Vt verò infectam corrupto ex aëre peſtem
Suſtulit ad Moſi pia vota piosq; precatus
Ventus agens, creuitq; feri iracundia regis,
Nec terrore mali clementia longior eius
Conſtitit: ablatis purgato ex aëre muſcis
Succedunt aliæ grauiùs: quibus impius heros
Nec-quicquam motus noua mox diſcrimina ſentit.

Nimi-

Nimirum grauis inuadens animalia tabes
Omnia dat letho, & crudelia funera ſpargit,
Ebræisq; cadunt iumenta Aegyptia ſaluis.
At cùm nec tali commotus clade Tyrannus
Vexare Ebræos pœnis iam pergeret auctis,
Mox diræ clades in cœlum puluere ſparſo
Surgunt, & penitùs turgentia vulnera membris,
Et ſacer incubuit percuſſis oſſibus ignis,
Et morbus mentis diſcrimina corporis auget.
Tranſierat iamq; illa dies, tum luce ſecuta
Admonito tantis ne quicquam principe plagis,
Concutitur cœlum tonitru, nubesq; coactæ
Terribili ſplendore micant: ferit omnia fulgor,
Coniurata omnes vno ſub tempore mortes
Aethere turbato terris elementa minantur.
Et tonitru inſeritur prægrandi pondere grando:
Non vt guttatim in terras de nubibus exit,
Sed quocunq; cadens vt deprimat, atq; ruinam
Pondere vel ſolo faciat: coniungitur ergò
Grandineum flammis feruentibus aëre frigus.
Poſtquam hominum ſtragem mixta cum grandine flamma
Negligit euaſo Pharius diſcrimine princeps:
Exin reſtantem ſurgit conſumere fructum
Bruchus, & excuſſo confidens crure locuſta.
Sed quoniam durata malis, & neſcia flecti,
Hanc nihili cladem calloſa ſuperbia duxit:
Inſequitur velox, grauiùs quæ vindicet, ira.
Cœcas manè nouo ſurgens Sol ſparſerat vmbras,

Et lætus iubaris ſplendebat fronte ſereni:
Cùm mediam ſeſe opponit teterrima nubes,
Naſcentemq́; diem depulſo lumine claudit:
In molem nox denſa coit, perit obrutus aër,
Palpantesq́; manus denſas ſenſere tenebras.
Quòd ſi ſopitos flando quis ſuſcitet ignes,
Aut flammas excire velit: compreſſa notantur
Lumina, nec vibrant reſtricto munere motus,
Sap.17.16 *Et quo quenq; loco tenebroſus repperit horror,*
Continuit: nullum vidit, nec viſus ab vllo eſt.
Squalentes pariter viuentia millia credas
Infernas intrâſſe domos, aut fortè reuulſo
Obice terrarum patriam ſordentis abyſſi.
Migrâſſe in ſuperos, ac mundum luce fugata
Sub leges miſiſſe ſuas: tres perdidit iſta
Noctè dies, dignè pendens periuria tellus,
Quæ Phario regi ſuberat, nec ſenſerat vllas
Sole fruens ſolito, plebes Ebræa tenebras.
Interea Moſes lachrymas, ieiunia, vota
Continuat, precibusq́; frequens ac peruigil inſtat,
Maioris natu fultus ſolamine fratris.
Vnde & diuinæ meritus ſolatia vocis
Inſtruitur ritus, domino ſic fante, ſacratos:
Cernis quàm varia deſudans clade reatum,
Sed tamen immota perſtans ceruice rebellis,
Aegyptus contrita gemat, formidine tantùm
Ducta necis: mõſtrat ꝑpius mẽs turgida lethũ,
Nec ſeram inſinuant iſtæc portenta ruinam.
Vnus adhuc ſupereſt, qui vindicet omnia, luctus,

Poſtq́;

Postq; nouem, decima percellat cæde merentes.
Vos modò perpetuos sacrorum discite ritus,
Mansurosq; sua cultus in lege tenete.
Principiò in cunctis, orbis quos circinat, anni
Mensibus, iste caput posthæc sit & ordine primus, Ex. 12. 2.
Lunaq; bis septem cum fecerit addita noctes,
Vesperaq; extremæ iam cœperit esse diei:
Mansuetum annalis tum sumite temporis agnum,
Qui careat macula, & purum det corpore vellus.
Quem dum quisq; tribu in propria mactauerit, eius
Illinat effuso confestim sanguine postes.
Hoc dabit indicium seruandæ cura salutis,
Cum percussor aget tacitam sine vulnere cædem.
Nam quodcunq; sacro limen maduisse cruore
Viderit, hinc illo transibit ad altera saluo
Limina, nec genti spes vlla accedit Ebrææ
Hanc præter, nostræ quæ prima est forma salutis.
Namq; euasuros diri Pharaonis, & omnis
Aegypti, imperium, velut agni sanguis inunctus
Postibus, immunes crudeli à funere fecit:
Sic agni illius Christi, qui vellera nescit
Noxia, qui nullum contraxit corpore næuum,
Inter labentis feruentia funera mundi,
Sanguis ab inferno miseros Pharaone redemit,
Aegyptiq; dedit saluos euadere terram.
Ergò agnosce tuum in nobis, rex Christe, cruorem,
Atq; tuos educ Aegypti è carcere seruos,
Et quocunq; loco sanctus mactaberis agnus,
Inq; cibos sanctum porrexerit hostia corpus

Chriſte tuum, non attingat tua dextera vindex.
Præterea veterem exutos formamq́; virumq́;,
In vitæ nouitate tuum fac ſumere corpus
Et ſacrum æterni calicis potare cruorem.
Finierat Rector, legesq́; & fœdera Phaſe
Deſierat mandare ſuis, quod protinus omnes
Arripuere ſimul: peragunt conuiuia læti,
Solennisq́; nouo cultu diſponitur eſus,
Tranſeat ad ſacros quæ condita forma nepotes.
Nox erat, & mediam carpebant cuncta quietem,
Vmbraq́; libratas iam iam diuiſerat horas:
Ex. 12. 29. *Ecce venit tacito per dira ſilentia motu*
Angelus, exerto miſſus, qui ſæuiat enſe,
Nec confuſa datur ſubiti ſententia lethi:
Non hîc luce opus eſt, clarè longeq́; videtur,
Quem petit in tenebris præfixi funeris ordo.
Maiores natu pereunt, ſoliq́; leguntur
Ad mortem, primos luci quos edidit ortus.
Cum dominis pereunt famuli, natiq́; potentum
Permixta cum plebe cadunt: vilisq́; perinde ac
Quem tenet aurati morientem purpura fulcri.
Serica ducuntur nihili vt pannoſa, pariq́;
Diſparibus ſtratis ſternuntur corpora letho.
Non quenquam mors æqua timet, non excipit vllos,
In viuis tantùm qui diſcernuntur, honores.
Pauperis ad fletum nulla pietate mouetur,
Ditibus vt parcat, nullo corrumpitur auro
Angelus, æqualiq́; exterminat omnia lance.

Aegro-

Aegrotum ſanus, longæuum iunior ante
Migrat, cumq́; omnes eadem mors percutit, vnũ id
Et ſolum ſupereſt, vita diſcrimen in illa,
Viuant vt meritis ſuperata morte, ſuiq́;
Præmia ſuſcipiant dudum promiſſa laboris,
Qui ſuperûm in terra monitis ſtuduere tenendis.
Contrà qui tantùm carni indulſere, neglecto
Spiritu, in æternos rapiantur protinus ignes.
Ergò vbi percuſſas ſoboles confuſa repentè
Aula videt, currunt flentes ad funera matres,
Pectora contundunt pugnis, crinesq́; reuellunt
Vnguibus, & nigras feſtinant ſcindere malas.
Nec paucæ planxêre diu. mox occupat omnes
Luctus, quamq́; ſuus, ſonat vnus in æthere clamor
Non vno ex fletu: gemitu conterritus aër.
Nulla vacans à morte domus: dum lumine multo
Tota curatur populoſum funus in vrbe,
Coguntur q́; ſuam prolem mœrere merentes.
Nec iam funebres peragi cum funere ludos
Turba dolor q́; ſinũt, tantus tremor occupat omnes.
Quinetiam niſi plebeios & honore carentes
Sacrâſſent igni, aut foſſa tellure locâſſent
Nullæ ſufficerent capiendis omnibus vrnæ.
Tum regem circùm commoto murmure ſiſtit
Mœſta cohors, triſtesq́; trahens ex ore loquelas:
Heus (inquit) noſtris aduerſa potentia rebus
Ebræi populi, toties cui vindice dextra
Militat omne malum, totus cui deniq; mundus
Seruit, & irato ſuccedunt proſpera cœlo.

Vis quædam ſecreta Dei, maiorq́; poteſtas
Hæc in ſceptra furit, gentemq́; vlciſcitur ipſam.
Quinetiam noſtræ ſeruant contraria genti
Victores elementa ſuos: coniurat in omnes
Et cœlum & tellus Pharios, coniurat & aër.
En iacet Aegyptus, nec iam reparabilis vltra.
Atq; vtinam pœnas & dura pericula viuis
Ferret adhuc diuina manus, nec funere tanto
Deceptam ſubita vacuâſſet cæde Canopum:
Tandem parce ſolo, cauſſasq́; expelle ruinæ.
Dum leuior ſtrages, ſuperant dum millia noſtræ
Gentis adhuc: grauiora prius, quàm funera triſtes
Experti, non poſſimus, cum fortè volemus.
Quin diram eiecto depellimus hoſpite cladem?
Nil'ne mouet noſter natorum funere planctus?
Quòd niſi communi fortaſſe mouebere planctu:
Vel nati mors dira tui, te vindice zelo
Commoueat, pulſisq́; illis, fac pauca ſuperſtent
Pignora, quæ tantum abſtergant ſeruata dolorem,
Et detruncatæ reparent diſpendia gentis.
His dictis lacrymas populus dedit, ipſa ſuperbi
Frangitur ad fletum dira inclementia regis.
Hæc perturbata ſed dum tractantur in aula:
Ebræi, vatum ſtudio monitisq́; ſupernis,
Optima quæq; parant ad ſacra, epulasq́; requirũt,
Vaſaq́; ſolennis quæ poſcit plurima cultus,
Ornamenta etiam, veſtesq́;, monilia, gemmas,
Mutua ab Aegypto plebes Ebræa requirit,
Confeſtim reddenda ſibi: mox commodat illis,

Ditat

Ditat et ignorans trepidûm manus æmula plebem.
Quænam digna tuis pandantur laudibus ora,
Summe pater, qui tam sæuo sic veteris hoste?
Commodet vt preciosa suis quæq; hostibus? & iam
Annuit aduersus, largitur munera nolens,
Quæ secum dimissa ferant, nec soluere tantùm
Sufficit oppressos, opibus ditantur euntes,
Thesarosq; nouos liberras reddita sumit.
Atq; inter medios inimica in sede furores,
Prædatur dominum fugiens, fallitq; videntem,
Præsentem spolians. nec tam discedere pulsos
Quàm lætos migrâsse putes: tolluntur auari
Sic Pharaonis opes: quem tunc mercede soluta Sap. 10.17
Seruitij longum credas taxâsse laborem.
Nonnunquã rectis, & quę contraria, prosunt, Rom. 8.
Et quæ læua malus voluit, mutata recurrunt, 28.
In dextrum vertente Deo: solosq; nocentes Gen. 50.
Vis odij perimens meditata in vulnera ducit, 20.
Et partos fratri laqueos incurrere cogit.
Egressi intereà trepido de rege ministri
Compellunt celerare fugam, coguntq; volentes,
Præcipitant alacres, & festinantibus instant,
Pellendasq; putant pulsa cum gente ruinas.
Iam propè centenum compleuerat aduena lustrũ
In regnis Aegypte tuis Iudæus apella,
Quatuor atq; decem lustris tantùm inde remotis
Ex quo illuc Iacob secum perduxerat omnem
Bissena cum prole domum, carosq; nepotes
Multa propagatos tandem per millia, donec

Aegy-

Aegypti inuidiam populus conflauerit auctus:
Quando induratum plebes Iudaica regem
Effugiens, factis Aegyptum classibus exit.
Primo conspicuus fulgebat in ordine doctor
Legifer, adiuncto præcedens agmina fratre:
Post quos belligeræ disponunt arma cohortes,
Ducunt & validas instructo robore turmas.
Arma ferunt humeris, enses & balthea læuo
Accingunt lateri, presso tum vertice cassis
Fulget, & albenti certat lux ferrea lunæ.
Nituntur iaculis alij, clypeosq; siniſtris
Voluunt, & rapido meditantur bella rotatu.
Gaudet pars etiam pharetris, volucresq; sagittas
Hostis in occursum mittendis motibus aptat,
Aut si fortè virûm fugientia terga sequatur,
Vt pennata leues transmittant spicula ventos.
Incedit pauidum postrema per agmina vulgus
Non impar numero, quîs cœlum pingitur, astris,
Aut quîs fervescit pelagus crispantibus vndis.
Vel quibus exundat compertum litus, arenis
Vel quot destillant humentia nubila guttis.
Mirantur Pharij numerum, nec credere possunt,
Quod cernunt oculis: placet eiecisse tot hostes.
Quanquam non acie Pharao perimetur ab ista,
Quamlibet innumeris fuerit stipata cateruis:
Vnus pugnabit cunctis pro millibus autor.
Interea lento moderatus tramite gressum
Ebræus carpebat iter: procedere tantum
Permissus spacij, quantum vel tarda senectus,

Vel,

Vel rudibus reptans infantia ſuſtinet annis,
Ne nimiùm fragiles inter delaſſet eundum
Aetatem ſexumq; labor. Sic cuncta ſupernus
Diſpenſat nutus, plebiq; aſſiſtit eunti.
Ergò vbi ſignatis ſederunt millia caſtris,
Armatusq; pedes vulgus vallauit inerme,
Veſpere tum primo ſtanti aſſimilata columnæ
Inſiſtens, puro reſplenduit æthere flamma:
Non veluti noto dirum micat ignis in axe,
Prodita cum terris cœli portenta minantur,
Aut morbis triſtem, bellisq; aut cladibus annum:
Sed radijs fulgens, & lumine candida læto,
Oſtendit nitidum caſtris mirantibus ignem.
Diffugiunt tenebræ, vicinaq; ſidera cedunt.
Obſtupuêre viri primùm, ac perterruit omnes
Incuſſitq; metum nouitas, tum luminis vſu
Paulatim cœleſte iubar conſueſcere cœpit.
Maxima nocturnas iam pars exegerat horas,
Et voluenda dies inſtabat ſorte propinqua:
Cunctorum ecce oculis per cœlum viſa moueri,
Altera iter rapuit populo ſpectante columna.
Protinus hanc ſancti patres ſenſere ſequendam,
Et duce cœleſti gaudentes, protinus omnes
Abripuêre moras, caſtrisq; excedere certant.
Tunc vt quæq; tribus primum ſortita laborem,
Ordine carpit iter, ſequitur tum cætera pubes.
Hæc inter, clarum rediens lux pandit olympum,
Flammea mox viſo palleſcit ſole columna,
In nubemq; redit totus qui fulſerat ignis:

Sed

Sed ſpecies perſtat tenſæ ſuper æthera formæ.
Tertia nocturnos deterſerat hora liquores,
Et matutinas iam Sol ſuperauerat vmbras:
Ecce (nouum dictu) cœlo ſeruata ſereno,
Feruenti radio ſe iuſſa opponere nubes
Frigida, condenſum cumulauit in aëre tegmen.
Nec tamen hanc nubem tetro ſuffuſa colore
Forma dabat, nec erat nigro ſic horrida vultu,
Vt validos terrent, cum promunt nubila nimbos,
Sed qualis ſolem madidus cum viderit arcus:
Tanta fuit pulcræ ſpecies oblonga columnæ.
Noctibus ignis erat, lumenq; accenſa ferebat.
Cùm Sol torreret, gelidum dabat humida rorem.
Has alternantem ducens cum tempore ſortem,
Mutauit natura vices: ſubſtantia diſcors
Muneribus proprijs concordem reddidit vſum.
Si manſit, manſêre viri: ſi mota, ſecuti:
Si multis etiam viſa eſt pendêre diebus,
Subdita defixo tardabant agmina vallo.
Iſta quaterdenos miracula viſa per annos.
Tempore quo vaſta Ebræi verſantur eremo,
Veſtibus integris nullaq; in parte minutis:
Tunc nulli longo currendi prorſus ab vſu
Detritis ſoleis, priſci ſeruantur amictus.
Sic longæua fuit, ſed non damnoſa vetuſtas,
Dum ſacrum populo victum, candentia Manna
Ferrent, & cœli frugem terrena viderent.
Myſtica quæ longè prædiceret antè figura,
Virgineo ex vtero, purum ſine ſemine, Chriſti

Eden-

Edendum, nobisq; aliquando corpus edendum:
Quas caperet pascendus homo, de sede superna
Illabente Deo, sanctis altaribus escas.
Nec portentificæ cepit me obliuio virgæ,
Quo signo summus percussa rupe sacerdos,
Protulit irriguos populis sitientibus haustus:
Insinuans Christum stabilem consistere petram,
Percussus iaculo largas qui præbuit vndas,
Porrexitq; suis sacro de vulnere potum.
Ebræi intereà læti ducente columna,
Gressu per terras ibant, perq; æthera vultu.
Ecce iterum Pharijs insedit mentibus ira,
Et populum sine more ferox his vocibus armat,
Exit & in tales vicinâ morte furores:
O nimium stultis imponens mentibus error,
Præstigiæq; diu nebulosa in fraude peractæ.
Nónne pudet seruam nullo certamine gentem
Sic impunè rapi? Sic nos patiemur inulti,
Deserat vt vacuas discedens accola terras?
Rura vacant, cœptis desistunt oppida muris,
Nec solitum consurgit opus, non cultor in agris
Exercet validos attrito dente ligones.
Quin potiùs sumtis exercitus irruit armis,
Imbellemq; manum profugosq; reducit alumnos.
Quòd si seruilis tantum procederet ausus,
Vt contrà pugnare velint: mox occidat omnis
Confusa cum plebe manus: feruentibus armis
Permixtæ pereant confosso pectore matres,
Vberibus iunctos configant spicula natos,

455 Nec portentificæ cepit me obliuio virgæ, 1. Cor. 10. Quo signo summus percussa rupe sacerdos, 4. Protulit irriguos populis sitientibus haustus: Ioh. 19. Insinuans Christum stabilem consistere petram, 34. Percussus iaculo largas qui præbuit vndas, 460 Porrexitq; suis sacro de vulnere potum. Ebræi intereà læti ducente columna, Gressu per terras ibant, perq; æthera vultu. Ecce iterum Pharijs insedit mentibus ira, Et populum sine more ferox his vocibus armat, 465 Exit & in tales vicinâ morte furores: O nimium stultis imponens mentibus error, Præstigiæq; diu nebulosa in fraude peractæ. Nónne pudet seruam nullo certamine gentem Sic impunè rapi? Sic nos patiemur inulti, 470 Deserat vt vacuas discedens accola terras? Rura vacant, cœptis desistunt oppida muris, Nec solitum consurgit opus, non cultor in agris Exercet validos attrito dente ligones. Quin potiùs sumtis exercitus irruit armis, 475 Imbellemq; manum profugosq; reducit alumnos. Quòd si seruilis tantum procederet ausus, Vt contrà pugnare velint: mox occidat omnis Confusa cum plebe manus: feruentibus armis Permixtæ pereant confosso pectore matres, 480 Vberibus iunctos configant spicula natos,

Prolem quisq; suam cernens ante ora cadentem,
Oblatis optet iugulis præcedere mortem.
Orbatum nostros faciat libare dolores
Vltima sors populum: sic viuens omnia perdat.
Tum pereant, densa & campi sub strage iacentes
Tristi committant inhumata cadauera cælo.
Inde vbi sanguineo satiauerit ense furores,
Thesauros reuocet fugientes dextera victrix.
Talibus excitas acuebant flatibus iras,
Psal. 2. v. 4. *Irridente Deo, solus qui despicit omnem*
1. 2. *Conatum, rigido meditantem vana tumore,*
Consiliumq; ducum cassatis dissipat ausis.
Ergò bella rogant, feruens rapit arma iuuentus,
Spumantes ducuntur equi, phalerisq; potentes
Suspendunt alacres splendentia frena iugales.
Pugnax pompa nitet, subiectis curribus axes
Aurato temone trahunt: tum cætera pubes
Induitur chalybe, aut fuluo circundatur ære,
Et loricarum vasto sub tegmine gaudet,
Intexit creber sibimet quas circulus hærens.
Ast alios tenui contexit lamina ferro,
Assuetos alijs crates, compacta metalla,
Horrentesq; habitus diuersa fecerat arte
Ira ferox, nudos etiam quæ ad prælia misit.
Et tamen ardentûm cuncta inter tela virorum
Terribilis plus forma fuit: quis namq; furentes
Vsq; adeò spectans vultu speculetur amico?
Inclusæ galeis facies, & ferrea vestis
Cinxerat iratas armorum luce tenebras.

Mox prodit collecta manus. rex ipse frementes
Curru cogit equos: telis tamen vndiq; septus
Delitet, & densam reddunt hastilia syluam.
Concutitur pulsata rotis, ac pondere tellus
Pressa gemit, nec iam capiendis sufficit illis.
Vsq; adeò Aegyptum angustat stipata iuuentus,
Occluditq; vias, fugiendi vt nulla supersit,
Hinc equite Ebræos, illinc claudentibus vndis,
Spesue modusue vllus, nî iam mortalibus illos
Præsidijs vacuos cœlestis dextera saluet,
Quæ solet extremam miseris afferre salutem.
Iunxerat intereà, qua ponto Magdalus instat,
Ebræus populus rubicundo castra profundo,
Euasos credens securis mentibus hostes.
Ecce autem vt cepêre suas tentoria sedes,
Dum resident, fixoq; parant requiescere vallo:
Cernunt puluereas in cœlum surgere nubes.
Moxq; etiam propiùs spectantibus, alta patescunt
Nigrantes vultus adoperta nitentibus armis
Agmina, crudeles tantùm spirantia mortes.
Nec tamen infensas patitur committere partes
Sole sub occiduo vicinus prælia vesper.
Crastina lux ergò vallati bella tyranni
Distulit, ardentes qui ne compesceret iras,
Insomnem ducit meditans crudelia noctem,
Auroramq; cupit stellis properare remotis.
Iam super Ebræos consistens fortè columna
Flammea, mirandam reddebat in aëre lucem.
Vt videt insuetum Pharao & mirabile lumen,

Ardet, & excitas iam plus ferueſcit in iras,
Paulatimq́; mori non ſuſtinet : itur ad vnam,
Quæ claudat cunctas pelago ſorbente ruinas.
Interea concluſa loco, finemq́; ſequenti
Expectans pauefacta die, nec tela, nec vllas
Bellorum verſat curas Ebraica plebes :
Sed defecta animo voces erupit in iſtas,
Moſen inceſſens : ô terq́; quaterq́; beati,
Quos morte abſumtos calidis Aegyptus arenis
Condidit, ante patrum morientes ora ſuorum :
Digni habiti, qui tam duros ſentire dolores,
Ne ſtragem hanc poſſent, nec pignora capta videre.
Alitibus nos eſca dati, nec ſede ſepulcri
Ornati, vaſtæ corpus reddemus eremo.
Talia dicebat permixtis luctibus omne
Vulgus, & accenſo plangebat turba tumultu.
Sanctus ad has Moſes promiſſa referre querelas,
Solariq́; metum, luctusq́; his tergere dictis :
Ex.14.13 *Quæſumus ingratos populus depone timores,*
Expertus toties, nunquam fidentibus in ſe
Defore cœleſtes : nec deſperanda putetis,
Quæ tantis ſpondent cœleſtia numina ſignis.
Infidiſne poteſt elabi cordibus vnquam
Aegyptus tot cæſa malis? iam credite, dura
Niliacum regem manet atq; extrema ruina.
Nonne inter medias Aegypti Ebraica clades,
Iumentisq́; virisq́; ſimul Deus agmina ſaluis
Seruauit? ſed quid memorem tranſacta? videtis,
Vt mediatricis curet tutela columnæ,

Ne quid ab aduerſa lugeat nos fraude vereri.
Quin magis erectas ſpe firma attollite mentes.
Vltima namq; dies præfixa eſt craſtina genti,
Quæ nunc bella crepans, ſumtis confidit in armis.
Illi illi ſua bella crepent, & fulmina: non ſic
Pugnandum vobis, nec telis tela feretis
Obuia: nec veſtro vobis ſudore triumphus
Craſtinus adueniet, cœli pugnabitur ira.
Hanc diuina ſibi pugnam iracundia ſeruat.
Talibus intentus Moſes, deiecta leuabat
Corda virûm, & ſancta ſedabat voce timorem.
Interea validus feruenti flamine ventus
Vrebat, tota conſumens nocte profundum.
Confeſtim inſolitas mirantur flumina flammas:
Ardet enim afflatus percuſſo in gurgite fluctus.
Ad matutinum peruenerat horrida tempus
Vix acies, primosq; nitens aurora rubores
Spargebat mundo, tetris cum protinus omnes
Erumpunt caſtris: fremit vndiq; mota iuuentus.
At pauidæ plebis poſtquam peruenit ad aures,
Clangentisq; tubæ percuſſit pectora terror:
Arripiunt, carpuntq; viam, qua proxima ponti
Litora ſolicitant rubris inſignia lymphis.
Vt ſummas pelagi populus peruenit ad oras:
Ceſſit confeſtim iuſſi reuerentia fluctus,
Expanditq; viam, cui terram clauſerat hoſtis:
Quam noua pendentis conſtruxit machina fluctus,
Frenatas celſo ſuſpendens aëre lymphas.
Aggreditur medium fugiens, vincensq; fugantes

Gens electa Dei pontum, vestigia rubri
In regione maris figens, & saxa profundi
Conculcat nudum percurrens orbita limum.
Aspectum inijciens scissis sol torridus vndis,
Ignotamq; nouo contingens lumine terram,
Ima laborantes radios ad tartara ponti
Vix misit, fessumq; iubar vix extulit imis.
Credens exclusos primùm, fluctuq; repulsos,
Inq; fugam versos Pharius dare terga tyrannus,
Præcipitare moras tali iubet agmina verbo:
Ecce iterum fugitiua cohors pendentia bella
Deserit, auxilioq; pedum confisa recedit:
Vos armis premite, & clausis insistite turbis,
Cætera pontus aget. vix hæc perdixerat, illi
Prosiliunt, cursuq; parant attingere litus.
Vt venêre, vident arentis vasta profundi
Insolitam præbere viam, pansoq; recessu
Pontum aperire suas illis fugientibus vndas:
Hos quoq; per siccum tutos descendere callem,
Securos pelagi, nîlq; æquora dira timentes.
Tum nouitate rei perculsos accipit horror,
Substitit & paulùm restrictis motibus agmen,
Frenaq; suspensos tenuerunt ducta iugales.
Nec dubiũ est, miranda aliquos portenta stupentes,
Turbato secum sic protinus ore locutos:
Quis Deus à prisco deturbat cardine mundum
Lege noua, variatq; vices, & condita mutat?
Nam si seruatur rebus natura creatis,
Monstriferæ quæ causa viæ? quid deniq; restat,

Si mare

Si mare transitur pedibus, nisi nauibus arua
Sulcentur, cœlumq; suo decurrat ab axe?
In superos infernus eat, plaga feruida cœli
Algeat, afflatam succendat scorpius vrsam?
Hic quia confusus rerum subuertitur ordo,
Me duce siccatum nemo descendet in æquor,
Sit suspecta, nouum quæ pandit semita callem.
Frustrà bellatur superis nolentibus. ergò
Nunc abeant, tantũq; vagos sua monstra sequãtur.
Sed quò dementem rapit hæc sententia mentem?
Ergóne sublatis plebes Ebraica secum
Diuitijs abeat? num sic spoliata Canopus
Impunes vltrò permittat abire latrones?
Quin illos igitur lymphis sectamur apertis?
Hæc ardens versat cum seditione tumultus,
Instantisq; latens vrget sententia lethi.
Vicerat æquoreã pedibus plebs inclyta vallem,
Gurgitis & vacui conuexa volumina linquens,
Et barathri emensi superas ascenderat oras:
Crudeli effertur nigri dux agminis ira,
Ignarusq; suæ, quæ iam iam est proxima, mortis,
Accelerare suos iubet, atq; intrare profundum.
Arripiunt pariter reserati concaua ponti,
Inuaduntq; viam. Quid non furor audeat amens?
Hinc equitum pars agmen agit, pars inde citatis
Ire iubet stimulis rapidas super arua quadrigas.
At medium vt venit frendens equitatus in æquor,
Fulminat absentes, fugientesq; increpat illos,
Accusatq; moras tam laxi gurgitis ardens

Ira virûm, iam vicini malè gnara pericli.
Ex.14.26 *Tùm per ſublimem pendenti nube columnam,*
De cœlo vox miſſa tonat, verbiq; ſuperni
Interpres, verbis ad Moſen talibus infit:
Vênit iam tempus, mea cùm mandata probentur,
Aegypto iam finis erit: iam clade ſuprema
Tot caſtigatam vicibus diuina Canopum
Afficiet cum rege ſuo ſententia: iam iam
Sentiat Aegyptus, ſapiens vel morte ſuprema,
Quàm nihil inuitis profit contendere diuis.
Tu modò diuiſum virga iam percute fluctum,
Atq; reducta ſuos aſſumant æquora vultus.
Ille genu flexo ſiccati marginis oras,
Et vacuum litus, iuſſis accedere lymphis,
Percutit, inſigni credens myſteria ligno.
Hinc ſubitus crepitare fragor, tonat vndiq; circum
Lympha ruens, primumq; illic committitur vnda,
Quò monſtrabat iter Pharios mors vltima regi.
Poſtquam clauſa via eſt, fluctusq; rebellat eunti:
Pœnitet intrati iam gurgitis, & fuga ſerum
Molitur reditum: trepidæ dant terga cohortes,
Armaq; proïjciunt: pontus fugientibus inſtat,
Occurritq; ſequens: perit vndiq; circumiectus
Decurrentis aquæ laxatis murus habenis.
Ille ferox ſemper, mitis iam morte ſub ipſa:
Non hæc humanis agitur victoria bellis,
Expugnamur, ait, cæloq; euertimur hoſte.
Effuge ſi liceat, victusq; euade ſatelles,
Nec iam tela Deo conatibus ingere caſſis.

O ſi compunctas humana ſuperbia mentes 685
Ante obitum mutare, nec expectare ſuprema
Fata velit, quantò infelix felicior eſſet?
Pœnitet ambiguè, quem ſerò pœnitet: *ergò*
Præſentis ſpacium nobis dum creditur æui,
Dum patulam cunctis Chriſti clementia ſeſe 690
Præbet, præteritæ plangamus crimina vitæ,
Pœniteatq́; olim negligenter temporis acti
Dum licet, & ſano ingenioq́; animoq́; valemus.
Nam qui peccatum moriens dimittere, & ipſa
In ſerum tempus differt admiſſa fateri, 695
Non tàm dimittit, quàm dimittatur ab illis.
Ergò exaltatis pendens ſuſtollitur vndis
Confeſtim mergenda phalanx Aegyptia, & ipſo
Pondere telorum premitur, fundoq́; tenaci
Succinctum reuehunt morientia corpora ferrum. 700
Pars exarmatis cùm primùm libera membris,
Implicuit nantes morientum amplexibus artus,
Auxilio decepta perit, pariterq́; tenentes
Alterno ſub faſce ruunt, nexiq́; necantur,
Atq; alij laſſata diu dum brachia iactant, 705
Incurrunt enſes, iaculisq́; natantibus hærent,
Concolor & rubro miſcetur ſanguine pontus.
Quin & conſpicuus princeps Memphitidis aulæ,
Candentes ducens nigro rectore iugales,
Inſpector cladis propriæ, gentisq́; ſuperſtes, 710
Vltimus ingreſſis per currum naufragat vndis.
Et vacat hos inter plebes Ebræa tumultus,
Interea pugnante ſalo, vincitq́; quietus

Iſraël, ſolo peragens certamina viſu:
Dum vallis completa perit, fluctuq́; reuerſo
Ducitur extentum planati gurgitis æquor,
Exponitq́; ſuum pelagus ſuper arua triumphum.
Ergò Deo dignas iſto certamine laudes,
Atq; repenſurus memori tot munera mente,
Inclytus egregium ſolenni carmine ductor
Ex.15.1. *Deſcribit, toto quod pſallitur ore, tropæum.*
Cùm purgata ſacris deletur culpa fluentis,
Emittitq́; nouam parientis lympha lauacri
Prolem, poſt veteres quos edidit Eua reatus.
De qua ſermonem præmiſſo carmine fecit,
Luctificos repetit tenuis dum pagina lapſus.
Quòd verò Aegyptus lapſis euaditur vndis,
Euaſoq́; mari: noſtri illa figura lauacri eſt.
Cum Pharao infernus ſacris ſubmerſus in vndis,
Ingemit è tanto miſeros diſcrimine lapſos.
Nos verò Chriſti ſolennem in morte triumphum
Baptizati agimus: tanta eſt baptiſmatis eius
Gratia, quo veteris peccatum expellitur Adam
In nobis, viuitq́; nouus pereunte vetuſto,
Quo mala noxa perit, quo virtus inclyta creſcit,
Iſraël verus ſacris quo tingitur vndis.
Hæc præcurrenti ſignantur dona figura.
Diuinum verò lector venerande triumphum
Hactenus inſulſis cantatum verſibus, æquus
Accipe, & Ebræis conſide in litore ſaluis.

(*)

IN AL-

IN ALCIMI AVITI LIBRVM V. NOTÆ, AC LECtiones diuersæ.

VErs. 1. *Sedisse*] ms. & Col. potuisse canenti.
v. 6. Sustinuit duros] Hìc à recentioribus, vt coniicio, data opera omissi sunt XIII. versus, qui in ms. & Col. codice habentur:

——— *perituræ millia gentis.*
Sed non, vt dignum tanti præconia facti
Eloquium capient: diuina in laude voluntas,
Sufficit, & famulo monstrari munere votum.
Quòd si quis nequeat verbis persoluere grates,
Non minimum virtutis habet, vel credere gestis
Signa, per electos quæ porrexere priores:
In quibus excellit longè præstantius illud,
Quod pelago gestum rubro celeberrima perfert
Scriptorum series, in cuius pondere sacro
Cauſſarum mage pignus erat, pulcrumq; relatu
Pulcrior exuperat præmissæ forma salutis,
Historijs quæ magna satis, maiorq; figuris
Conceptam grauido peperit de tegmine vitam.
SVSTINVIT *duros &c.*

12. *Namq; ille vocatis*] In ms. & Col. est:

Nam iusserat, vt lux
Vidisset quoscunq; mares, mox docta necaret
Omnis anus, natumq; premat solertia sexum.
Sed tamen auersæ.

17. *Renuerunt*] ms. & Col. detrectant. 19. *Pacta*] ms. & Col. crudelia vota. 25. *Bonis*] ms. Et luce-

 re, pio

re, pio, qui non consumeret, igne, Deuotus nôsset sanctis in cordibus ardor. Col. pio, qui nunc consumeret igne, Deuotus. *39. Et dominus*] mſ. & Col.

Vt Dominus dominis famulos nunc tollere priscos
Vellet, & ad tumidos mittat mandata rebelles.
Quis Deus iste foret, cui me parêre necesse est?
Aut sceptris celso quid formidabile regi?
Sed vestras nimiùm seducunt otia mentes.

51. Namq; Pharon] mſ. Nam Pharaon. *55. Sentiet iratum*] Integer hic versus in mſ. & Col. omissus est. *v. 61. Quos altum*] mſ. & Col. quos præstat crescere fructus.

Sed flexu reptans, mutati & corp.

66. Tum] Col. tunc palluit. *69. Peragi*] mſ. & Col.

Dissimulat summo rem gestam credere iussu:
Nec diuina volens, hominum sed facta putari.
Tum iussit quoscunq; Magos, vel carmine doctos,
Illicitam diris tentantes fraudibus artem,
Aegypti longinqua darent hastilia, cogens
Munere funereo faciat monstrata satelles.
(Col. *Murmure funereo faciat monstrata minister*)
Vndiq; tum iussi concurrunt.

79. Cerasta] Arg. Cerastes. *81. Erexit*] mſ. & Col. caudam tellure leuauit. *87. Incepit*] mſ. & Col. incipiens. *88. Quæ iam*] mſ. & Col. Et quæ cognoscens, nolens tamen ipse fateri. *95. Amatos*] è Basil. cum omnes alij codices habeant, amaros. *98. Sacraui*] è mſ. & Col. Nam in recent. perperam est, sacrati. *100. Vestros*] mſ. & Col. sæuos ac persequar hostes. *101. Ducam*] Vtrunq; versum è mſ. & Col. correximus. Nam in priore, præpositio omissa erat. In altero legebatur: Nec

valet,&c. *104. Etiam*] In mſ. & Col. laxatos quin & diſced. *107. Quá*] Al. Quò vocat. *112. Arripit*] mſ. & Col. melior ſpes accipit illos. *119. In minimis*] mſ. & Col. Sed non hoc minimis portentum contigit vndis. *122. Vndarum vice*] mſ. & Col.

Quin magis auerſo ne tangat priſtina limo,
Sanguis in externum certans manare canalem,
Carnoſus, non carnis erat, nec corpore fuſus,
Aut ſtrages, quæ multa ſimul: quo vulnere poſſit
(Col. *Aut ſtrages, quàm multa ſimul: quod vulnere poſſet.* Al. *quò vulnere poſſet.*)
Lympharum damnum proprio ſuppiere cruore?
Naribus obſtructus preſſi, victoq́ natatu
Interiere ſimul peregrini in gurgite craſſo,
Auxeruntq́ ſuam ſaniem de funere piſces.
Et fortaſſe rear, cladis mortisq́ futuræ* *Arg. reor.
Sanguinis indicio iam præceſſiſſe ruinam,
Hoc ipſum ni pœna foret: nam ſcilicet omne
Aegypti ſpacium, vel quo patet ampla Canopus,
Mox inter pingues ſitiens deſecerit vndas,* *Col. defecerat.
Si non omnipotens celerem ſuper arua medelam
Spargeret, & nitidos reuocaret vallibus amnes.
Tum verò vt requiem peſtis ſubducta reduxit,
Effertur rurſus dilata morte Tyrannus,
Et vix euaſum contemnens mente flagellum,
Innocuam ſtagris perſiſtit ſubdere gentem.
** At quid per cunctam ſtylus æſtuet ire ſuperbi* *mſ. Aut quid.
Perfidiam, cæſi numerans periuria regni?* *Arg. celſi Baſ. cæſi enumerans.
Sed tamen extorquent varium mendacia monſtrũ,
Vndaq́ vicino vix dum purgata cruore,
Ranarum fœdis texit cantatibus vrbes.
Complentur cellæ, ſtrati penetralia, menſæ.
Suſtinet innumeros regalis purpura ſaltus:

Atq;

Atq; premens homines, frendit succumbere ranus.
Quarum mox cumulis flamma tonitruq; subactis,
Congestisq;, sonans muscarum* nubis ad auras
Exijt, infectum corrumpens aëra flatu.
Illic, quas Cyniphes vocitant, quantosq; volatus
Pendula commurunt leuibus corpuscula ventis,
Pennarumq; vices peragunt stridentibus alis,
Fundunt se pariter turbataq; mœnia complent.
Et licet immersis defigant vulnera rostris,
Plus horror, quàm pœna mouet: sed tollit & istam
Ventus agens, cessat laxata molestia paulùm.
Confestim cessante metu, nec longiùs ira
Sentitur, quàm plaga calet: sed peste remota,
Succedunt aliæ grauiùs. Consumitur omne
Iumentum, cunctosq; greges nox abstulit vna.
Nec tantùm damnosa reos portenta fatigant,
Vertitur ad carnem quæ suscitet ira dolores.
Insidunt penitùs turgentia vulnera membris,
Et sacer incubuit percussis artubus ignis.
Creditur, *hicce etiam casu contingere languor,
Et morbus mentis discrimina corporis vrget.
Præterit ille dies: tùm demum luce secuta
Concutitur cœlum tonitru, nubesq; coactæ
Terribili splendore micant. ferit omnia *fulgor
Fulmina agens, totas vno sub tempore mortes
Aethere turbato terris elementa minantur.
Ignibus inseritur prægrandis pondere grando,
Non vt nube solet terris nimbosa venire,
Sed quocunq; cadens, vt deprimat, atq; ruinam
Ponderevel solo faciat: coniungitur ergò
Grandineum flammis feruentibus aëre frigus.
Et natura nec seruans, assignat virunq;.

* Antiqu. pro, nubes. Rectiùs muscarum examen ad auras.

* Arg. hic.

* Col. fulgur.

Hic

Hic primus stragem sparsis dat mortibus imber.
Exin restantem surgit consumere fructum
Bruchus, & excusso confidens crure locusta.
Hoc sed docta malus etiam discrimine crebro,
Tanquam lene satis, callosa superbia duxit.
Insequitur velox, grauiùs quæ vindicet, ira.
Cœcas manè nouo surgens Sol sparserat vmbras,
Et lætus iubaris splendebat fronte screni:
Cum surgens mediam nubes se porrigit atra,
*Nascentemq; diem depulso lumine * claudit.* * Al. clausit.
In molem nox densa coit, perit obrutus aër,
Palpantesq; manus densas sensere tenebras,
Atq; repercussus vexatur anhelitus æger.
** Et si sopitos flando quis suscitet ignes,* * Basil. Quòd si.
*Aut flammas excire velit: compressa * nocentur* *Basil. notentur. al. notantur. Sap. 17. 16.
Lumina, nec vibrant restricto pondere motus.
Quo quemcunq; loco tenebrosus repperit horror,
Continuit: vidit nullum, nec visus ab vllo est.
Squalentes pariter viuentia millia credas
Infernas intrasse domus, seu forte reuulso
Obijce terrarum patriam sordentis abyssi
Migrasse in superos, ac mundum luce fugata
Sub leges misisse suas: tres perdidit ista
Nocte dies, dignè pendens periuria tellus.
** Istæc damnati. nam cætera fulgidus orbis* * Arg. Ista hæc.
Continet, & solitos distinguunt cætera cursus. Col. tellus Istæc damnatulit.
Moses intereà lacrymas, ieiunia, vota
Continuat, precibusq; frequens ac peruigil instat,
Maioris natu fultus solamine fratris.
Instruit hos sacrus simul informatq; creator,
Mystica solennem quò pandat victima ritum:
Cernitis, vt multa desudans clade reatum

Aegyptus

Aegyptus contrita gemat, satis vndiq; tacta:
Sed tamen immota perstans ceruice rebellis.
Nec * portenta diu præcedunt ista ruinam.
Ægrotat, * quodcunq; tumet: nec sana superbo
Causa subest: iunctum monstrat mens turgida lethum.
Vnus adhuc restat, qui vindicet omnia, luctus,
Postq; nouem, decima percellat cæde merentes.
Vos modò perpetuos sacrorum discite mores,
Cultibus & proprijs mansura lege tenete.
Mensibus in cunctis, orbis quos circinat anni,
*Iste caput princepsq; foret, quem nomine * belli*
Gentiles vocitant, vos tantùm dicite primum.
Lunaq; bis septem cum fecerit addita noctes,
Vespere tum sero dabitis primordia sacris.
Sumite mansuetum perfecti temporis agnum,
Qui careat macula, & purum det corpore vellus.
Hoc animal festis mactabitis, huius vtrunq;
Signabit sanguis nitido de corpore postem.
Hoc dabit indicium seruandæ cura salutis.
Cum percussor aget tacitam sine vulnere cædem,
Perspiciat sacro limen maduisse cruore,
Hoc tantùm transire volens: distantia talis
Custodit vestras sparsis à mortibus ædes.
Ezech. 9. *Sic nos, Christe, tuum saluet super omnia signum*
4. *Frontibus impositum: sit sanguis deniq; sanctus*
Ap. 7.3. *Tunc præmonstrati dudum qui funditur agni,*
Ap. 13.8. *Oribus infusus, postes lustrâsse tuorum*
Inter labentis feruentia funera mundi
Credatur, casuq; tuos discernat ab omni:
Dum non signatos percurrit funere mucro,
Tu cognosce tuam saluanda in plebe figuram,

* Al. Portanda.
* Arg. quicunq;.
*Martium intelligit. Quamuis Col. habeat nomine Beli.

Vt quo-

Vt quocunq; loco mitis mactabitur agnus,
Atq; cibo ſanctum porrexerit hoſtia corpus,
Ritè ſacrum celebret vitæ promiſſa ſequentis,
Fermento nequam duplici de corde reiecto,*
Sincerum nitidæ conſpergant azyma mentes.
Finierat Rector leges & fœdera feſti
*Paſchalis mandare viris, *quod protinus omnes*
Arripuêre ſimul: peragunt conuiuia læti,
Solennisq; nouo cultu diſponitur eſus,
** Transferat ad ſeros quæ condita forma nepotes.*
Nox erat, &c.

* Col. reuulſo.

*Baſil. qui.

* Colon. Tranſeat.

verſ. 265. Non hîc luce] mſ. & Col.—*ſententia lethi:*
Omne malum ſed fortè cadit (Arg. redit)
longeq; videtur, Quem petat in tenebris.

269. Pereunt] mſ. & Col.
Cum Dominis famuli pereunt, natiq; potentum,
Permixta cum plebe cadunt: ſic vilis, vt ille
Quem celſi tenuit morientem purpura fulcri.
Hæc nuda tellure iacent: hæc ſerica velant,
Diſparibus ſtrat.

277. Auro] In mſ. & Col. tantum eſt: nullo corrumpitur auro. Ægrotum ſanus, &c. verſu intermedio planè omiſſo. *279. Sanus*] Arg. firmus.

280. Migrat] mſ. & Col.
Migrat, huic ſoli debet conſidere nemo.
**Hoc tantũ tamen eſt, ſibimet quo mortua diſtent,*
Viuant vt meritis, qui complent tempora ſorte.
Hæc nunquam penitus morti licet auferat: etſi
Iure poteſtatis lutea compage creatum,
Semine mortali genitum, terræq; reductum,
Iuſtorum in factis letho nil creditur vlli.
Ergò vbi percuſſas &c.

Arg. Hoc tantum eſt, ſibimet quo cunctis mortua diſtẽt.

291. Nec

291. *Nec pauca*] mſ. & Col. Nec dominos planxere diu: mox occupat. 293. *Quamq;*] è Lugd. Nam in Arg. & Baſil. eſt: quenq;. 294. *Gemitu*] mſ. & Col. Confundit voce tumultum. Nulla vacans à morte domus. 295. *Tota*] mſ. & Col. omni curatur. 296. *Coguntur q;*] mſ.

Iuſtitium (Col. Iudicium) *iuſtum cogit mœrere merentes.*

Et dum quis proprio ſeruat lamenta dolori,
*Exequias * tradunt luctus, inhumataq; turba*
— Dilata iacuit tantiſper ſorte ſepulcri.
Et niſi iam tandem vacuos & honore carentes
Vel nuda tellure locet, vel concremet igni:
Vix collecta manus, quæ tantos clauderet vrna.
Tum regem circum, &c.

* Al. tradant.

303. *Triſteſq;*] mſ. & Col. humiles depromens voce querelas.

Heu nimium noſtris aduerſa potentia rebus
** Ebræûm populi.*

* Baſ. Ebræi.

307. *Seruit*] mſ. & Col. Pugnat, & irato.

310. *Quinetiam*] mſ. & Colon:

** Vrbis iactura, ſolos pereuntia ſaluant*
Victores elementa ſuos, redimuntq; cadendo.
En iacet Aegyptus.

*Baſ. orbis

315. *Et dura*] mſ. & Col. Atq; vtinam pœnas viuis damnumq; per arua Ferret adhuc.

318. *Superant*] mſ. & Col.

Dum leuior ſtrages, dum quiſquam luce tenetur,
Dum ſupereſt qui terga premat, qui limite trudat,
Et ne quem, ſi forte velint ex corde, morari
Non ſinat, eiecto depellens hoſpite cladem.
Permoueat noſter natorum funere luctus,

Permo-

Permoueat * *vel fortè tuus : vel pauca superstent*
Pignora, quæ tantos tergant seruata dolores,
Et detruncatæ reparent dispendia gentis.

* Col. te fortè.

His dictis lacrymas populis dedit : ipse superbus
Frangitur ad fletum Princeps, victumq; fatetur.

332. Parant] mſ. & Col. Optima quæq; ſacris fingunt, epuliſq; requirunt, Vaſaq; ſolennes quæ poſcunt plurima cultus. *335. Plebes*] Antiquè, pro, plebs. In mſ. A. & Col. eſt : veſteſq;, monilia, gemmas.

Vt reddenda petunt, nec tardus commodat hoſpes,
Ditat & ignorans.

338. Quænam] mſ. & Col. Quæ iam digna.

Verſus *340. Commodet*] In mſ. & Col. omiſſus.

345. Atq; inter medios] mſ. & Col. Inter feruentes inimica in ſede furorès.

347. Spolians] mſ. & Col.

Præſentem vacuat : ne tàm diſcedere pulſos
Quàm lætos migrâſſe putes : portantur auari
Sic Pharaonis opes.

351. Nonnunquam rectiùs] Malui enim genuinos Alcimi verſus retinere, vt in mſ. & vetuſtiſsimis editionibus extabant, quàm illos, quos recentiorum lima nobis ſuppoſuit :

Sic ſtudijs aliquando hominum in contraria verſis
Autorem redeunt commenta pericula in ipſum.
Tunc fruſtra innocuo meditatos vulnera fratri,
Inuida plus lædit fruſtrato vulnere bilis.

361. Aegypte tuis] mſ. A. & Col.

Inregnis Aegypte tuis, ex tempore quondam
Quo priſcus Patriarcha Iacob perduxerat illuc
Biſſena cum prole domum, carosq; nepotes,

Quò per fœcundum creuerunt millia patrem.
Procedit tandem populus, mox q̃ agmine iuncto
Diram linquit humum, tenebris ac luctibus orbam.
Nam vicina dies nondum produxerat ortus:
Hæc nox festa Deo redeuntibus annua sacris,
Hæc genti solennis erit, quæ soluitur hoste.

Primo conspicuus, &c. 371. *Belligeræ*] Col. belliferæ. 373. *Et balthea*] mſ. & A. — *enses per cingula læuo* Dependent *lateri.* Col. enſes per ſingula læuo Dependent lat.. 379. *Motibus*] mſ. & Col. mittendis mortibus aptat.

383. *Quîs cœlum*] mſ. A. & Col.

Non impar numero, cœlum cum pingitur, astris,
Aestuat aut motus pelagi crispantibus vndis,
Litore vel quantas conuertit fluctus arenas,*
Vel quantus stillant humentia nubila guttis.
*Miratur Pharij Satrapæ, * nec credere tantum*
Se potuisse vident: placet eieciſſe tot hoſtes.
Sed non hac acie duri ſaluabere ferri,
Quamlibet innumeris peditum ſtipêre cateruis.
Vnus pugnabit cunctis pro millibus auctor.
At populus lento moderatus tramite greſſum,
Arreptum carpebat iter: præcedere tantum
Aggreſſis ducibus, quantum vel tarda ſenectus, &c.

* Rect. conuerrit.

* Col. perperam: nec (credite) tantum ſe pot.

396. *Ne nimium*] mſ. & Col. Ne præmaturus fragilem contriſtet eundo Aetatem. Arg. conſtricket eundo. 398. *Eunti*] mſ & Col. ouanti 400. *Inerme*] mſ. inane. 403. *Non veluti*] mſ. & Col. Non tamen vt noto. 405. *Aut*] mſ. & Col. ſeu inorbis. 409. *Viri*] mſ. & Col. Obſtupuere viri: primùm perterruit omnes,

Incuſſit q̃ metum nouitas, tum luminis vſus

Paula-

Paulatim cœleſte iubar commendat amori.
Maxima noct.

414. *Ecce oculis*] mſ. & Col.

Cunctorum ante oculos, per cœlum viſa moueri,
Arripuitq; viam, populo ſpectante, columna.
Protinus hanc patres ſancti ſenſere ſequendam
Eſſe, ducemq; ducum: læti mox præſule tanta
Abrupêre moras.

421. *Rediens*] Arg. radians lux pandit olympum. 422. *Mox viſo*] mſ. & Col. Flammea palleſcit conſpecto Sole columna: Vertitur in nubem totus, qui fulſerat, ignis. 426. *Iam Sol ſuperauerat*] mſ. A. & Col.

Et matutinas ſcandens Sol vicerat vmbras.

428. *Feruenti radio*] mſ. & Col.

Frigida feruenti iuſſa eſt opponere nubes
Se radio, denſumq; parat tenuiſſima tegmen.
Sic circumiectus tellus queîs ardet eoa
Aeſtibus, ignorat genuinum turba calorem.
Veſperis vt credas leni reſpergine flatu
Blanda gelu mites diffundere frigora ventos.
Nec tamen hanc nubem tetro ſuffuſa colore
Forma dabat, nec concreto ſic horrida vultu,
Vt terrent validos cùm promunt nubila nimbos.

433. *Solem madidus*] mſ. Sed qualis madidi Solem cum viderit arcus. Col. madidus Solem cum vid. 434. *Oblonga*] mſ. & Col. ſpecies extenta. 436. *Gelidum*] mſ. & Col. gelidi dabat humida roris. Vbi neutrum, abſolutè intelligendum eſt, q. d. dabat humores gelidi roris. 439. *Reddidit*] mſ. præbuit] 441. *Viſa eſt*] mſ. & Col iuſſa eſt pendere. 443. *Quaterdenos*] mſ. A. & Col.

Ista quaterdenis pietas increbuit (Col. percrebuit) *annis,*

*Dum vastos * eremi curris Iudæa recessus*
Vincla pedum firmante via, dum tempore tanto
Non attrita suum seruarent tegmina pondus:
Mollicieq; noua prisci durantur amictus,
Sic longæua foret, quòd non damnosa, vetustas.

vel:

Sic longæua foret quòd, non damnosa, vetustas.
Dum sacrum, &c.

* Systole duriuscula, sed veteribus vsitata.

446. Tunc nulli] è loco Deut. 8. 4. quem Iustinus Martyr in Tryphone his verbis illustrat:

Fol. 122. In recent. edit. fol. 283. καὶ οἱ ἱμάντες τῶν ὑποδημάτων οὐκ ἐξεράγησαν, οὐδὲ αὐτὰ τὰ ὑποδήματα ἐπαλαιώθη, οὐδὲ τὰ ἐνδύματα κατεπρίεν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν νεωτέρων συνηύξανε. Lora calceamentorum non sunt rupta, neq; calceamenta ipsa inueterauerunt, nec vestimenta illorum attrita sunt, sed iuniorum quoq; vestes vnà cum ipsis creuerunt.

451. Mystica] mſ. & Col.

——— ——— cœli frugem terrena viderent,
Per quam sublimis prædiceret ante figura
Edendum ex vtero purum sine semine corpus,
Quo caperet pascenda salus, de sede superna
Illabente Deo sanctis altaribus, escas.
Hoc signo summus percussa rupe sacerdos
Protulit irriguis populis sitientibus haustus:
Christum namq; vides stabilem consistere petram.

463. Gressu] mſ. & Col.

Per terras gressu, per cœlum visibus ibant.

465. His vocibus] mſ. & Col.

Et populus sine more ferox, his vocibus armat

Tandem

Tandem poſtremos vicina morte furores.

467. Imponens] mſ. & Col. illudens. *468. Diu*] Colon. Præſtigiæq; ſatis. *469. Seruam*] mſ. & Col. famulam. *470. Sic nos*] Mſ. & Colon. quod nemine præſule tantus Deſeruit vacuas diſcedens accola terras? *473. Nec*] mſ. & Col. Non ſolitum. *474. Dente ligones*] mſ. & Col.

Exercet validos attrito dente ligones.
Turbidus exactor ſiluit, nullóq; tumultu
Feruida conſuetos repetunt ſuſpendia cenſus.
Quin potiùs ſumtis exercitus irruat armis,
Imbellemq; manum, profugosq; reducat alumnos.
Quos ſi ſeruilis tantum ſuccenderit auſus,
Vt telis certare velint: mox occidat omnis &c.

480. Confoſſo] Ex Argent. Nam Mſ. & Col. legunt: confuſo. *483. Præcedere*] mſ. & Col. ſuccurrere. *485. Perdat*] mſ. & Arg. Sic viuens omnia perdat, Dum pereat: denſa & camp. Colon. omnia perdat. Tum pereant. *488. Sanguineo*] mſ. & Col. Inde vbi iam totos ſatiauerit. *493. Caſſatu*] mſ. & Col. caſſato diſsipat actu. *497. Subiectus*] mſ. & Col. ſubiectos. *500. Et loricarum*] mſ. & Col.

Hi loricarum vaſto ſub tegmine gaudent,
Atq; catenoſi crepitant per corpora panni.
Aſt alijs tenui concurrens lamina ferro,
Quà ſe ſucciduas iunctim ſcandente per oras
Flectitur aſſuti cratis compacta metalli,
Horrentes habitus diuerſa fecerat arte.
Et tamen aduentum, &c. verſu *505. planè omiſſo. 508. Vſq; adeò*] mſ. & Col. quis namque furentes

furentes Spectet, quos lætos vix posſit cernere vultus? Incluſæ galeis facies.

511. Mox prodit] mſ. Ingreditur. Col. Progreditur collecta manus. *513. Delitet*] mſ. & Col.

Delituit: denſam reddunt haſtilia ſyluam.
Concutitur pulſata rotis, & pondere, tellus:
Angustabat humum latam ſtipata iuuentus,
Concluſitq́ vias: quicquid virtutis habere
Aegyptus potuit, totum mors proxima ducit.
*Iunxerat interea, *ponti qua Magdalus inſtat,*
Ebræus populus rubranti caſtra profundo.

* Col. ponto.

525. *Ecce autem*] In mſ. A. & Col. hic verſus deſideratur. verſu. 526. *Fixoq́*] In mſ. A. & Col.

Dum reſident, fixoq́ parant requieſcere vallo:
Cunctatis primùm, mox agmina ſæua pateſcunt.
Non tamen infenſas patitur committere partes
Sole ſub occiduo vicinus prælia veſper.
Diſtulit in lucem vallatus bella Tyrannus,
Et fors ardentes nondum compeſceret iras,
Nec ſeruare furor potuiſſet fœdera nocti,
Auroramq́ velit motus præcedere ſignis,
Flammea nî retrò ſubſiſtens fortè columna
Obiectu medio gentes diſcerneret ambas.
Contemplans rex ipſe tamen mirabile lumen,
*Sic ignem metuit, *quàm ſenſu feruidus ardet.*
*Paulatimq́ mori non profuit: itur ad * vnam,*
*Quæ claudat cunctas, pelago pandente, * ruinam.*
Plebs trepidat concluſa loco, finemq́ ſequenti
Expectat pauefacta die, non tela, nec vllas
Bellorum molita vices, ſed voce leuata
Vatibus inſiſtens: ô terq́ quaterq́ beati,
Aegyptus quos morte tulit, tellure vel ampla

* Col. quem.
*Baſil. vndam,
*Baſil. ruinas.

Vrnam

Vrnam defunctis suprema sorte parauit:
*Digni, qui tantos * nequeant sentire dolores,*
Nec stragem prolis, vel pignora capta videre.
Alitibus nos esca dati, nec sede sepulcri
*Condita deserto * soluentur corpora vasto.*
Talia voce viri: respondit luctibus omne
Vulgus, & ascenso persultat turba tumultu.
Tum sancti cœpere duces promissa referre
Solariq; metum, fletusq; abstergere dictis:
Quæsumus ingratos deponite mente timores
Experti multum: nec desperanda putetis
*Quæ tantis spondent cœlestia * munera signis.*
Infidisne potest elabi cordibus vnquam
Aegyptus tot cæsa malis? interq; flagella
Succumbens, quæ sensit humus, vos cunctaq; vestra
Afflicti regno saluos vixisse sub hostis?
*Quid de transactis dicatur? nempe * videtis,*
Vt mediatricis curet tutela columnæ,
Ne quid ab aduersa liceat nos fraude vereri,
Quin magis erectas firma spe tollite mentes.

* Col. nequeunt.

*Col. soluemur.

* Al. Numina.

*mſ. videbis.

571. *Præfixa*] mſ. & Col. defixa eſt. 572. *Crepans*] Ex Arg. & Col. Nam mſ. contra leges Proſodiæ, habet: crebrans. 583. *Illi illi*] mſ. & Col. Confidit in armis.

Non sic pugna foret, nec telis tela feretis
Obuia.

576. *Craſtinus*] mſ. & Col.

——— nec vestro vobis sudore triumphus
Hac vice proueniet: cœli pugnabitur irâ,
Qua vobis placido peragentur prælia nutu.
Talibus intenti vates deiecta leuabant

Corda virûm ſancta ſedantes voce timorem.
At ponti validus feruenti flamine ventus &c.

582. *Confeſtim*] mſ. & Col.

——— *conſumens nocte profundum,*
Contra naturam genitor dum fulminat vndas,
Ardet & afflatus percuſſo in gurgite fluctus.

584. *Ad matutinum*] mſ. & Col. Iam matutinum peruenerat. Baſil. præuenerat. 586. *Cum*] mſ. tetris dum protinus omnes. 591. *Rubru*] mſ. & Col. rubro inſignita liquore. 593. *Iuſſi*] mſ. & Col. ducti. 595. *Quam noua*] mſ. & Col.

Machina, pendentis ſtruxit quam ſcena liquoris,
Frenatas celſo ſuſpenderat aëre lymphas.
Aggreditur medium fugiens, vincensq; ſequentes,
Gens electa Dei, figens veſtigia terru,
In regione maris: calcantur ſaxa profundi,
Conterit & nudum percurrens orbita limum.
Torridus aſpectum ſciſſus Sol inſerit vndis.
Ignotamq; nouo contingit lumine terram,
*Longiùs & * radijs ſpacium diſcindere tantum*
Certant, feſſumq; iubar vix impulit imis:
Credidit excluſos primùm, fluctuq; repulſos.

* Col. radius.

610. *Turbis*] mſ. & Col. — *inſiſtite tantùm.*
611. *Perdixerat*] Baſil. edixerat. 612. *Parant*] mſ. & Col. ruunt. 615. *Pontum aperire*] mſ. A. & Col.
Pſ. 114. 5. Ceu trepidas fugiſſe, pijs calcantibus, vndas. 617. *Pelagi*] mſ. & Col.

Securos pelagi, atq; ſui: non arma nec ipſum
Formidare ſatis patientem vincula pontum.
Subſtitit ad modicum reſtrictus motibus agmen,
Frenaq; ſuſpenſos tenuerunt ducta iugales.
Atq; aliquis cui vel tenuem mutata calorem

Tunc

Tunc ſcintilla dabat cordis, ſic forte locutus:
Quis Deus à priſco detorquet cardine mundum
Lege noua, mutatq; vices, & condita turbat?

627. *Pedibus*] mſ. & Col. greſſu. 629. *Infernus*] mſ. & Col. In ſuperos inferna leuent. 631. *Hic quia*] mſ. & Col.

Hæc niſi confuſus rerum ſubuerteret ordo,
Non duce me quiſquam ſiccum deſcenderet æquor:
Sit ſuſpecta mihi, quæ ſemita dirigit hoſtem.
Nam ſi bella velit librans æqualia Numen,
Obice ſeruata fugitiuum clauſerit agmen.* (tur. * Argent.
Nunc abeant, tantumq; vagos ſua monſtra ſequan- clauierat.
Nec ſatis amplector, ſiccum circumuenit altè
Quod pelagus, nudo celans diſcrimina fundo.
Excipit hæc ardens cum ſeditione tumultus,
Inſtantisq; latens vrget ſententia lethi.

645. *Et barathri*] mſ. & Col.

Poſt barathrum ſuperas ſcandebat litore terras.
Effertur nigri dux agminis, & Pharaonem
Ira ſubit, proprio vocitatum nomine Cenchrem.
Arripiunt pariter reſerati concaua ponti,
Inuadunt q; viam.

653. *At medium*] mſ. & Col.

Vt medium venit frendens equitatus in æquor,
Accuſat q; moras tam lati gurgitis ardens
Ira virûm, tremit artato pars altera mundo:
Tum per ſublimem ſplendenti nube columnam
De cœlo &c.

659. *Verbis* mſ. & Col.

ſanctum compellans nomine Moſen:
Venit, ait, tempus, mea quo mandata probentur.

662. *Diuina*] mſ. & Col. — *ſententia mentem*

Puniet expugnans: enſes ſuccido flagellis.
Tu modò diuiſum, &c.

668. Flexo] è Baſil. Lugdun. & Fabriciano. Nam mſ. Argent. & Col. legunt: genu fixo. *669. Et vacuum*] mſ. Et litus, cui fluctus abeſt, mox iuſsit vt aſsit. Colonienſ. mox iuſſus vt adſit, Percutit. *672. Primumq;*] Colon. illic primùm committitur vnda. *673. Quo monſtrabat*] manuſcript. & Colonienſ. Quà monſtrabat iter Pharios mors vltima regi. *680. Ferox*] mſ. & Col. Ille ferus ſemper, iam mitis. *681. Agitur*] mſ. cædit. Col. cedit victoria bellis. *683. Si liceat*] mſ. & Col. Effuge, quiſq; potes h. e. quicunq; potes. Ita enim veteres hac voce vſos animaduertimus. *686. mutare*] mſ. & Col.

O ſi compunctas humana ſuperbia mentes
Ante obitum mutare velit: quid deniq; prodeſt
Tunc finem poſuiſſe malis, cùm termin⁹ vrget?
*Præſentis vitæ ſpacium dum * ceditur æuo,*
Confitearis, ait, ſanus, ſcriptura, valensq;.
Si tunc peccatum quiſquam dimittere malit,
Cum peccare nequit: luxu dimittitur ipſe.
Ergò exaltatis pendens ſuſtollitur vndis
Mox mergenda phalanx, lympharum monte leuata
Pondere telorum premitur.

* Enallage figurarum, pro, conceditur.

700. Succinctum] mſ. & Col. Indutum] *702. Morientum amplexibus*] mſ. & Col. miſeris complexibus. *705. Atq; alij*] mſ. & Col. Aut alij. *712. Et vacat*] mſ. & Col. Bella vacant pugnante ſolo, vincitq;. *715. Dum*] Col. Tum vallis completa * Arg. & perit. *717. Exponitq;*] mſ. & Col.

*Litore iactantur * tum tetra cadauera toto,*

Col. cum tetra.

Expo-

Exposuitq; suum pelagus super arua triumphum.
Inclytus egregium, &c. duobus versibus intermedijs, nimirum 718. & 19. penitùs omissis. *721.*
Describit] mſ. & Col.

Inclytus egregium solenni carmine ductor
Describit factum, toto quod psallitur * *orbe,*
Cum purgata sacris deletur culpa fluentis.

* Basil. xuo.

725. Fecit] mſ. Sumsi. Col. sumsit. *726. Repetit*] mſ. Arg. & Col.

Luctificos replicat tenuis dum pagina lapsus.
Si quid triste fuit, dictum est quod paupere versu,
Terserit hîc sacri memorabilis vnda triumphi,
Gaudia quo resonant, crimen quo tollitur omne
Per * *lauacrum, viuitq; nouus pereunte veterno,*
Quo bona consurgunt, quo noxia facta necantur,
Israël verus, sacris qui tingitur vndis,
Consona * *quo celebrat persultans turba tropæum.*
Quo præcurrentis * *complentur dona figuræ,*
Quæ pius explicuit per quinq; volumina * *vates:*
Nosq; tubam stipula sequimur, numerumq; tenentes
Ponimus hoc cymbæ tenui nunc litore portum.

* Arg. Per fontem. Vid. Notas libr. 4. v. 622. & 641.
* Colquod.
* mſ. complectunt.
* Arg. Moſes.

FINIS.

(*)

ALCI-

ALCIMI AVITI IN LIBELLVM DE CONSOLATORIA CASTI-tatis laude, Præfatio.

POst consummationem libellorum, quos non sicut voluerat, edidit dispositio mea, sed tua sodaliumq; pia festinatio, affectuosa quidem, sed inconsulta, præripuit: cogis insuper tibi specialius dari versus illos, quos ad venerabilem Fuscînam sororem nostram, de consolatoria castitatis laude conscripsi: quos ego post denunciatum poëmatis finem, epigramma rectiùs dicerem: tu primùm libri nomine vocitâsti, hoc scilicet vocabulum prolixitati eius asserens conuenire. Quapropter habe me etiam in hac parte famulantem iudicio, imò potiùs affectui tuo: quoniam profectò iniquum est, vt cui parui in maioribus, in exiguis contradicam. Meminerit autem pietas tua hunc ipsum, quem sic vocas, libellum, vel de religione parentum communium, vel de virginibus nostræ familiæ familiariùs disputantem, illis tantummodò legendum dare, quos re vera nobis aut vinculum propinquitatis, aut propositum reli-

religionis annectit. Dotes enim ex materiæ qualitate meritiq́; , germanæ ſanctimoniali compoſitas, vix vel tibi crebra victus iuſsione credo : quando aut qualiter venire in manus extraneorum velim ? Sanè à faciendis verſibus pedibusq́; iungendis pedem ſum de cætero relaturus, niſi fortè euidentis cauſſæ ratio extorſerit alicuius epigrammatis neceſsitatem : cuius tantam exiguitatem fore polliceor, vt ei aliud nomen aſſumere nec ipſe præſumas. Decet enim dudum profeſsionem, nunc etiam ætatem noſtram, ſi quid ſcriptitandum eſt, grauiori potiùs ſtylo operam ac tempus inſumere : nec in eo immorari, quod paucis intelligentibus menſuram ſyllabarum ſeruando canat, ſed quod legentibus multis menſurata fidei aſtructione deſeruiat.

LECTIONES DISCREPANTES.

(a) *Sed tua*] mſ. Sed tua ſodaliumq́; quorumpiam feſtinatio. Colon. Quos non ſicut voluerat, edidit diſpoſitio mea, ſed tua, ſodaliumq́;, (vbi repetendum eſt τὸ κοινὸν : diſpoſitio edidit) quorum pia feſtinatio, affectuoſa quidem, ſed inconſulta, præripuit.

(b) *Quos ego poſt*] mſ. & Col. Quos tunc, cum ego poſt denunciatum.

(c) *Germanæ ſanctimoniali*] mſ. germini ſanctimoniali ſecreta meditatione compoſitas. Colon.

germine

germine ſanctimoniali, ſecreta medit. compoſ.
(*d*) *Credo*] Ex Argent. Manuſcriptus enim & Colonienſis codex habent: vix vel tibi crebra victus iuſsione confiteor: quando aut qualiter venire in extraneorum manus velim? Sanè à faciendis verſibus pedibusq; iungendis pedem de cætero relaturus.

ALCIMI AVITI DE CONSOLATORIA CASTITATIS LAVDE, AD Fuſcînam ſororem, Liber vnus.

SVſcipe complectens, Chriſto digniſſima virgo,
Alcimus iſta tibi quæ mittit munera frater,
Inq; leui calamo cauſſarum reſpice pondus.
Nam quoties ſanctum compleueris ordine curſum,
Alternos recinens dulci modulamine Pſalmos,
Quos viuens in corde chelys virtute canora
Interiore ſono, & caſtis concentibus aptat:
Ritè fatigatam poteris hoc carmine mentem
*Ludicro, & * ſerijs tete oblectare remiſſis.*
Nec tamen hîc vana tingetur barbitos vnda,
Pegaſus vnde leues præuertens motibus vndas,
Fingitur aſſumto pendens innâſſe volatu,
Dum ferretur equi grauis vngula præpete penna:
Sed nec Pieriæ ducent hæc cantica Muſæ,
Quas ſibi diuinas mentitur fama ſorores,
Dat germana tibi ſed verax muſica plectrum,

διαστολὴ duabus poſterioribus in vnam cõtractis.

Nec,

Nec, Christo resonans, cantabit fistula Phœbo.
Edidit vt quartam genitrix Audentia prolem,
Teq; dedit luci, partu fœcunda supremo:
Confestim Christo victuram dedicat vni,
Ac deinceps paribus castum seruare cubile
Constituit votis caro cum pignore mater.
Et quia principium tam sancti fœderis esses,
Te mox consecrat Christo, qui protinus ipsis
Accipit in cunis lactentia membra dicatis.
Nulla Deo siquidem est acceptior hostia,
quàm quæ
Immaculata sibi primis offertur in annis.
Sic quondam cum prima nouo splendesceret ortu
Terra nitens, pulcrasq; darent sua semina fruges,
Viuentem ducens ad sancta altaria fœtum,
Innocuis sonuisse Deo balatibus agnum,
Insinuante fide iustus cognouerat Abel: Gen. 4. 4.
Cum capite oblato placuit grex totus ab vno.
Ergò, vbi vitalis fouit te lympha lauacri,
Atq; suum peperit cœlestis gratia pignus:
Non tibi gemmato posuêre monilia collo,
Nec te contexit, sparso quæ fulgurat auro,
Vestis, ductilibus concludens fila talentis:
Nec te Sidonium bis cocti muricis ostrum
Induit, aut rutilo perlucens purpura cocco,
Mollia vel tactu quæ mittunt vellera Seres:
Nec tibi transfossis fixerunt auribus aurum,
Quæ compensarent pendentes vulnera baccæ,
Dum preciosa grauant, sed saxea, pondera malas.

Quid

Quid multis? tantùm illa tibi tegumenta parantur,
Frigora quæ pellant, non quæ tua membra venu-
ſtent.
„ Et quid enim prodeſt periturum comere
vultum,
„ Putria vel varijs onerari corpora gemmis,
„ Interior dum ſordet homo ac ſe crimine fœ-
dat? (*ſtrum,*
Sed tibi cum geminum tetigerunt tempora lu-
Mox ſtola ſyncero velat te candida cultu,
Virginis os, habitumq́; decens, quem mater amictu
Religioſa ſuis manibus confecerat. olim
Non ſecus exultans ſterilis poſt damna iuuentæ,
Iam fœcunda nouum cum ferret fœmina fœtum,
1. Sam. 2. *Veſtem læta ſuo paruam texebat alumno,*
19. *Diſceret vt Samuel iam tum puer eſſe ſacerdos.*
Sic pia te genitrix ſanctis altaribus aptans,
Aſſueto docuit dignam concreſcere templo,
In thalamum aſſcribens ac magni fœdera Regis:
Electam binc cœpit ſpeciem ſibi iungere Chriſtus,
Ornatu vario ditat quam gratia pollens.
Hinc vbi creuiſti paulò maioribus annis,
Collatumq́; tibi primæua ætate videret,
E cœloq́; datum genitrix accreſcere munus,
Virtutesq́; etiam teneris coaleſcere in annis:
Gaudebat, Chriſtum binc laudans, gratesq́; repen-
dens.
Sed tamen à mundi illecebris dum fortè timeret,
Conſcia tot fraudes ætati occurrere primæ,

Teq́; re-

Teq; reparturiens, & mente & corpore Christo
Iungere percuperet: quis te protruderet istos
Artibus in laqueos ac sancta ergastula, multis
Voluebat curis: metuebatq; anxia, ne quod
Illa tuo quondam vouisset nomine, iam tunc
Arbitrij compos ac tali libera voto,
Reddere fortassis nolles: sic pendula mater
Spemq́; metũq; inter, tum demùm audentior his te
Aggreditur lacrymans dictis, ac talia fatur:
Deliciæ meæ gnata meæ, carissima matri
Pignora grandæuæ, per ego has te deprecor vlnas,
Per quæ suxisti primæuis vbera in annis:
Fac istbinc abeam promisso libera voto.
Olim ego te genui, Christoq́; è ventre dicaui.
Tunc ego quod poteram feci: tu perfice, quod iam
Per te sola potes, votoq́; adiungito votum.
Exue delicias mundi huius, & indue Christum.
Non desunt exempla tibi. nunc respice quantas
Virginibus florens iam nostrum stemma coronas
Miserit in cœlum: sancto quas dogmate mater
Seueriana docens, his te coniungier optat.
Nec multò senior gaudens Aspidia, quondam
Sacratum velata caput, tua munia sumsit
Bissenos iungens sanctis altaribus annos.
Quam licet hinc celeri tulerit sors vltima letho,
Nil tamen est subitum, semper migrare paratis.
Aspice nunc culmen, gemina quod virgine fulget,

Eximiumq́; decus, cuius tu iure propinqua
Fuſcinam Fuſcina refers. nec ſegniùs illa,
Quæ pietate potens, Graia ſi voce vocetur,
Significat propriam ſumto de nomine mentem.
Clara exempla domus: quarum licet æthera ſupra
Emicat, atq; omnes cœlos ſuper inclyta virtus,
Has generoſa tamen ſi mente imitabere matres,
Gaudebunt vinci dum proficis, ac tibi ſummam
Sponte dabunt palmam. nec enim vlli candida virtus (lignæ.
Inuidet, inuidiæ quanquam eſt ſubiecta ma-
Hæc dicens, teneros ſancto exhortamine ſenſus
Impulit, accendens in virginitatis amorem.
Sic prægnans fœcunda olim, ac fœcundior orba,
Atq; animos ſuperans genitrix Machabæa viriles,
2. Mac. *Fœmineam & vincens animo vincente ſenectam,*
7. 1. *Orbari læto ducebat in omine, ſi quos*
Ediderat mundo, patrijs pro legibus illos
Felici iam morte Deo generaret, vt eſſet
Mors illis requies, fauſtæq́; exordia vitæ.
Ergò in tormentis poſitos, conſtantior ipſo
Supplicio genitrix corde hortabatur & ore,
Spernere crudelis nimiùm felicia regis
Tormina, lætitiæ debinc commutanda perenni,
Augebatq́; pios ad fortia facta furores.
Stilicet æterno digniſſima carmine, & illo
Plus miſero partu felici funere felix.
Quid verò memorem, tenero quæ fortior æuo,
Ante annos animumq́; ſoror reſponſa dediſti?

Quan-

Quanquã aggreſſa tuas non eſt hæc pagina laudes:
Exitus impleto veniet cùm tempore victor,
Cautiùs ac meliùs mihi tum laudabere, cùm iam
Hoſtibus eictis, & Iô clamante triumpho
Conſummata tuis reddentur præmia factis.
Nunc decet attentis vitare pericula nobis
Tecum, & ſolicitas partiri ac voluere curas,
Atq; iuuare tuos hortantia dicta labores:
Dum pugnat varius per tot diſcrimina caſus,
Lubrica dum fragili currit ſub tramite vita,
Dum tua calcatus captat veſtigia ſerpens,
Molituŕq; ſuis iuuenem ſeducere technis.
Nemo adeò tutus, qui non aliquando timere
Debeat, ac tali ſibi prorſus ab hoſte cauere.
Nulli tuta datur requies in carne caduca.
Sæpe boni peccant, vitijs perit obruta virtus,
Partaq́; tranſactæ decedunt præmia laudis.
Contra aliquando ſolet ſubito ſuccenſa calore,
Frigida quæ fuerat, blandam mens linquere carnẽ,
Atq; repentino reſtringere crimina freno.
Sic alternantem commutant facta rotatum,
Impius vt ſperet veniam, iuſtusq́; timendo
Proficiens, cumulum magnis virtutibus addat.
Contrà ſi ſanctos piget exercere labores,
Pigraq́; conſuetas diſſoluant otia curas:
Labitur in præceps damnoſæ gloria vitæ.
Si vires nullas virtus acquirit eundo:
Amittit rediens paulatim extincta priores.
Ergò inter dubij tam dira pericula mundi,

125 130 135 140 145 Ezech. 33. v. 12. 13. 14. 15. 150

Tàm varios caſus, nitendum eſt viribus amplis,
Vt ſatis anguſtum obſeruent veſtigia callem:
Matth. 7. 14. *Principio anguſtus, fine eſt ampliſſimus ipſo,*
Nec quærenda alia eſt, quæ in cœlum ſemita ducat.
Arcta via eſt, modò ſi verax ſeruator Iëſus,
Aeternæq; etiam porta eſt anguſta ſalutis.
Et qui diffuſam ſpacio laxante plateam,
Mundi conſectans fallacia gaudia currit,
Strictior hunc carcer crudeli ſorte ligabit.
Tu modò da veniam, qui te exhortatur, amori,
Currentemq; monet, cùm vix tamen ipſe ſequatur.
Quòd ſi etiam tardus properantem currere greſſus
Incitat, vtq; ſequi nequeat, præcedere ſuadet:
Fraterno haud dubium, quin tu donabis amori.
Nec iam à me inſtituenda venis, quæ iunior ortu,
Relligione prior, viuendi iura ſacrâſti,
Annorumq; ſequens meritorum ſorte præiſti.
Quòd ſi ſacratæ conuerſio prima ſororis,
Fratribus exemplum facta eſt, & forma ſequendi:
Grati animi librum hunc ſoror ô cariſſima teſtem,
Aere tibi frater grauiore obnoxius offert.
Exigit alma fides, etiamnũ vt corde lubenti,
Participata leuet fraternum ſarcina pondus.
Ergò iſthæc valitura tuis conſortibus æqui
Conſule: namq; alijs, non hæc tibi ſcribimus vni,
Virgineisq; tuo canimus ſub nomine turmis.
Par ergò eſt ſponte ingreſſum, ceruice fideli,
Sanctum ferre iugum, nec vincla in coniugis ire,
Mundanas odiſſe vias, percurrere mundas:

Illinc

Illinc nolle toros, hinc Christum quærere sponsum,
Ignorare virum, fœtus tamen edere tales,
Quos nunquam possit tristis tibi tollere casus:
Sic nunquam orba gemes fœcundæ pignora vitæ,
Nec viduam sponso metues superesse, perennis
Expers ipsa mali: nec te sententia tanget,
Qua prolis mortisq; parens compellitur Eua,
Occisam pariens sobolem viuente reatu
Plangere, quam sequitur quæcũq; obnoxia mater,
Quæ subiecta viro, & dominum passura cubilis
Seruit, in obsceno tolerans connubia lecto.
Quæ captiua tori, nomen comportat inane,
Coniugis vt vana dicatur imagine consors,
Sola subacta iugo non æquam ducere sortem:
Et cum longa decem complent fastidia menses,
Perfectoq; grauis fœtu distenditur aluus:
Semina quæ patris fuerant, hæc pondera matri
Infligunt duros vtero turgente dolores.
Et cum luctato soluuntur viscera partu,
Carnis delicias immenso tormine pendit.
Sed tamen hunc lenit, dices fortasse, dolorem
Editus in lucem si viuat filius: atqui
Contingit plerunq;, gemens vt mortua fundat
Pignora, deformemue emittat in aëra massam:
Ne dicam quòd monstra parit sæpè horrida mater.
Illud iam leuius quoties interuenit, ipsa
Vt pereat tum sola parens, ac pondere fuso
Emittat cum prole animam: quod fortè leuatum
Nutritumq; diu, rapitur si funere pignus,

Vnica quod crebrò ſpes reſpicit, hîc perit omne
Quod ſibi conceptis ſpondebant gaudia curis.
Omnibus id verò grauius, ſi fortè lauacri
Diuini expertem, tenerum mors inuida natum
Præripiat, dura generatum ſorte gehennæ:
Qui mox vt matris ceſſârit filius eſſe,
Perditionis erit: triſtes tunc edita nolunt,
Quæ ſtammis tantùm genuerunt pignora, matres.
Quis verò tanti narrare pericula caſus,
Aut vtriuſq; queat diſcrimina coniugis, in quæ
Perducit tandem dilectæ gloria carnis?
At latè longeq; tuam diſcernere ſortem
Libertas cum lege poteſt, qua necteris, vt te
Impia fallentis non ſtringant gaudia mundi.
Tu Mariam ſequeris, dono cui contigit alto,
Virginis, & matris gemina gaudere corona,
Conciperet cùm carne Deum, cœliq; creator
Intraret clauſum reſerans myſteria ventrem.
A genitrice ſatus, ſed quam formauerat antè:
Qui nitidam elegit de qua procederet, aluum,
Solus qui carnis proprium diſponeret ortum,
Præſciretq; diem longè, tempusq; videret,
Quo pariendus erat. quod vbi iamq; adfore nouit,
Intactam matrem pro ſpermate ſanctus adumbrat
Luc. 1. 35. *Spiritus, hac tantùm ſanctum præbente cruorem:*
Ioh. 1. 14. *Inde caro Verbum efficitur, quiq; imperat ipſo*
Cum patre in cœlo, materno in corpore ſeruit.
Ante æuum de patre, & matre in tempore natus,
Seminis hinc expers omninò, & temporis illinc.

Sic

Sic virgo fœcunda fuit, quæ pondere casto
Factorem portare suum, Dominumq; perennem
Edere promeruit, dignoq; agnomine dici
Virgo, Dei mater: cuius super omnia primæ
Laudis eris, si fortè voles, carissima consors:
Rellig osa pio si Christum & credula corde
Concipiens, operum cœlo pia germina gignas.
Si quis enim, Christus, mea iussa peregerit, inquit, Matth. 12. 50.
Atq; voluntatem Patris compleuerit almi:
Is soror & frater meus est, is deniq; mater.
Ecce vides sexu vt careat cœlestis imago,
Interior sortitus homo quam mente retentat,
Nec sexum acceptat: quia si scrutabimur altè,
Præbuit exemplum surgens à morte creator,
Fœmineum maribus sese præponere honorem.
Quòd ne fœmineum posthac quis spernere sexum
Audeat, hîc paucis visum est ostendere verbis.
Cùm diram lueret nostro pro crimine mortem,
In crucis excelso pendens sine crimine Christus:
Atq; animam, viuos quæ mox remearet in artus,
Fixus adhuc clauis diuino efflaret ab ore:
Deserit insoliti populus spectacula monstri,
Signaq; ferre nequit, cœlum quæ triste minatur. Matth. 27. 45.
Nam Sol obductus vultumq; auersus ab orbe
Cesserat in iustas nocturnis luctibus horas,
Temporaq; externis dederat non visa tenebris,
Et terra abscedens mutato cardine rerum.
Nox erat in superis, lucemq; inferna videbant: Matth. 27. 52.
Intremuit tellus, & nisu mœnia magno

Concussis summo nutarunt vertice cristis.
Senserunt motum priscis descendere iussa
Saxa locis, sonitusq; nouos collisa dederunt.
Hos inter strepitus cunctis fugientibus, illæ
Interea sanctæ matres, Christumq; secutæ,
Decernunt quanquam trepidæ, persistere: cum iam
Discipuli Christo fugissent antè relicto:
Vt quæ erga viuum fuerat pia cura, sepulto
Seruiat, & iustos defuncto soluat honores.
Ergò fragranti componunt illita succo,
Albaq; saluificum quæ seruent lintea corpus.
His amor intentis lugubria dona parabat,
Supremum credens semet persoluere munus,
Quod credebatur seruandum poscere corpus.
Omnibus his ergò ad funebria iusta paratis,
Vncturæ accedunt Domini pia membra sepulti:
Hic delectari nostro conamine, seq;
Quo non indiguit lætari munere Christus
Ostendit, matrum largè pia vota reponens,
Pro quîs respondens confestim gratia facta est,
Angelicos cernant humana vt lumina vultus,
Atq; resurgentis primæ dent nuncia Christi:
Quæ primùm vt tumuli venêre ad limina sancti,
Apparet dextra cœlestis parte minister,
Splendida candebat niueo cui corpore vestis,
Cui vultum rutilus conspersérat vndiq; fulgor,
Matribus vt dignis verbum cœleste sonaret,
Occursuq; suo attonitas formidine cuncta
Solueret, aggressus sancto quas taliter ore:

Quid

Mat. 28. 5.
Mar. 16. 6

Quid timidæ trepidatis, ait : consistite, néue
Aspectu trepidate meo : vos nulla timendi
Causa manet, quas cura pij confirmat amoris.
Quæritis (agnosco) precioſi in sede sepulcri
Funere solenni tumulatum nuper Iesum :
Sed meminisse decet, quid præsens ore fideli
Dixerit ante obitum, duplici non amplius vna
Seruandum se nocte. & iamiam tertius hicce est,
Qui complet promissa, dies : patet ecce sepulcrum,
Deseruit vacuum victa quod morte resurgens.
Taliter excelsus iusso sermone minister,
Sparsurus mundo vitalis dona triumphi,
Has primùm gaudere dedit, luctuq; leuauit.
Hinc læto impauidæ discedunt pectore matres,

Credula conceptæ ſeruantes corda ſaluti:
Cùm medium ſeſe Chriſtus gradientibus offert,
Agnoſciq; iubet, blando & ſermone ſalutans:
Itè (ait) & noſtris hæc iam mandata referte
Diſcipulis, vt vel tandem me viuere credant.
Mat. 28. 9. *Mox illæ amplexis defigunt oſcula plantis,*
Atq; ad diſcipulos alacri cum mente recurrunt,
Doctoresq; docent, & quæ ſpargenda per orbem,
Primùm fœmineis iuſſi ſunt diſcere verbis
Diſcipuli: tanta eſt muliebris gratia ſexus.
Gal. 3. 28. *Communis virtus igitur, commune periclum*
Matribus atq; viris: nulla eſt diſtantia cuîq;,
Si mens recta ſubeſt, ſi gratia conſtet vtriſq;,
Vitaq; ſi iuſto inſudat ſtudioſa labori. (luta
» *Nam* quid dona iuuant hominem, ſi mente ſo-
» Turpia collatum diſperdant otia munus?
» Auxilium conatus amat. quis namque va-
cantem
» Adiuuet, aut ſomno, virtutem iungat inerti?
Cœleſtis vult Oeconomus, concredita ſeruis
Matth. 25. 14. *Creſcere dona ſuis, qui quondam abſcedere terra*
Dum parat, & carnem peregrino immittere cœlo:
Mnas bis quinq;, prout cuiuſq; induſtria ſolers
Exigeret, famulis partiri cœpit. ibi vnus
Quinq;, duas alius, ſed tantùm tertius vnam,
Reddendas multo cum fœnore quiſq; recepit.
Hæc ita partitus, mox ſeruis talibus infit:
Theſauros geminate meos, vt fœnore multo
Cùm primùm fuero patria de ſede reuerſus,

Auctos

Auctos inueniam, & meritis ſua præmia reddam.
Dixit, & abſcedens cœleſtia regna petiuit.
Mnas autem quas ille dedit, diuerſa Parentis
Munera cœleſtis ſunt hæc, quæ pneumate miſſo
Chriſticolis ſacro infudit baptiſmate tinctis,
Naturæq́; etiam vel corporis, exteraq́; illa
Quæ bona fortunæ falsò appellare ſolemus:
Qualia diuitiæ, valetudo corporis, ipſum
Robur, & ingenij quàm feliciſſima promti
Dexteritas, vario quæ noſtra induſtria pacto
Diſpenſare ſolet: pars auget, & altera ſumtas
*Imminuit retinens, quas * munificentia ſeruat.*
Creſcit enim in cumulos quicquid confertur egenis.
At quidam, quibus exiguum æs, & rara facultas,
Si qua animi ſiue ingenij virtute valentes
Extiterint, rudibus iuuat exercere docendis.
Non deſunt contrà (quorum vel maxima pars eſt)
Qui ſiue externas, illa inſtrumenta bonorum,
Siue etiam internas cœleſti à Patre receptas
Diuitias, terra infodiunt, nec fœnore ſancto
Multiplicant: quos dura manet ſententia tandem.
Nam cùm terribilis iudex aduenerit ille,
Fœnora commiſſi poſcens reddenda talenti:
Tunc ſoli, quorum cumulos induſtria primos
Auxerit, ij vitæ referent promiſſa beatæ
Præmia, centuplum cumulati fœnoris vſum.
At verò minimo qui ſumſit pondere libram,
Inſcrobibusq́; datum foſſis incluſerit aurum,

* Al. ſola elemoſyna ſeruat.

Contem-

Contemsitq; sui cumulare talenta magistri,
Degeneriq; fluens elegit viuere luxu:
Sentiet incensi crudelem iudicis iram,
Talibus ad sese dictis, sic ore tonantem:
Tantáne te nostri tenuerunt otia census,
Serue piger, reditusq; mei sic cura neglecta est?
Concessum ad mensam nequijsti ferre talentum?
Illam ego vel modico cum fœnore vt exegissem?
Ergò quos illi mea munificentia nummos
Tradidit, ablatos fidis concedite seruis:
Sic concessa suis vt crescant munera, Christus
Quærit, & vt meritis augescat gratia multis.
Luc. 12. 35 *Ergò age succinctis ad fortia prælia lumbis,*
Armata cum mente veni, nec fœmina quanquã es,
Duram formides aciem: victoria dudum
Sexus ista tui, tibi credo incognita non est
Et memori nunc mente tenes, vt Debbora quondam
Iud. 4. 9. *Duceret instructas post fortia classica turmas,*
Et mulier sumto præcederet agmina signo,
Mirantes hortata viros: quos ipsa ferocem
Exemplo verboq; monens accendit in hostem.
Quas postquam ducens princeps animosa cateruas
Impulit, accendens vegetata furoribus arma:
Barbaricæ cecidêre manus, dissoluitur omnis
Hostilis virtus. tum quà se fœmina monstrat,
Palantes dant terga viri, latebramq; petentes,
Si viuant, vicisse putant: tum maximus ille,
Forma gigantææ quem fecerat horrida molis
Conspicuum, immensamq; humani verticis arcem

Sisaræ

Sisara rex gestans telorum fasce neglecto,
Incomitatus abit, metuens sublime notari
Corpus, & excelsa fugitiuum prodere massa.
Qui postquam latuisse putans, tectoq; receptus
*Mollia perpetuo * demisit lumina somno:*
Mox animosa Iahel peragit, quod Debbora victrix
Cœperat, inq; solo strati terraq; iacentis
Tempora transfixo penetrans immania clauo.
Fœmineus duplex sic vno ex hoste triumphus.
At tu virgo Dei, sanctis quam moribus ornant
Hinc pudor, indè fides, internis fortior armis,
Bella geris, iustis triplex quæ commouet hostis.
Spes tibi fida micat, felix in vertice cassis,
Continet & lumbos precioſi zona pudoris,
Iustitiæ lorica tuos constringit amictus,
Pro gladio vibrat bis acutum dextera verbum.
Hæ virtutis opes, hæ sunt solatia belli,
Quîs dubium aduersus mentis cum corpore bellum
Ipsa suos armat clamantis buccina Pauli:
Quæ prudenti olim cecinit Prudentius ore.
Prætereà tibi bellatrix, & robore plena
Virginitas armata viget, quam fœda libido
Appetit, & casso vocat in certamina nisu,
Sed bellatricem te sentiat æmulus anguis:
Vt cum pugnatam dederint tibi prælia palmam,
Læta feras summum calcato ex hoste tropæum.
Prætereà verò quîs victo ex hoste rebelles,
Atq; resultantes victrici in corpore motus,
Artibus allidas, Christoq; in cote retundas:

* Al. dimisit.

Diuino

Diuino eloquio scripturaq́; indice nôsti.
Nam quicquid sacræ diuina volumina legis
Aut sensu aut verbo monstrant, quod prædicat ille
Antiquus mundi repetens exordia vates,
Siue ille historias texit, seu fortè figuras:
Quidúe etiam ille Naue Mosi successor Iesus,
Succiduoq́; simul quod quisq́; in tempore iudex
Gesserit: vt digitos, soror isthæc omnia dudum
Docta tenes Quid enim nunc Ruth Moabitis adicã?
Prætereà reprobo qui successêre Sauli,
Quiq́; gubernarint Iudam Israëlaq́;, Reges:
Quæq́; instaurator templi promtissimus Esdras
Egerit, aut meliùs cæcato in corpore cernens
Tobias, quid pro populo consecerit Esther,
Fœmineaq́; animi Iudith in mente virilis,
Et quæ tàm miserè afflicti patientia Iobi.
Porrò etiam vnde animi possis desumere mores,
Ter quinquagenos perscriptos ordine Psalmos.
Et quicquid docti Salomonis dextera scripsit,
Quodq́; bis octoni post se vidêre prophetæ,
Et Machabæorum fortissima prælia fratrum.
Vis uno breviùs complectar ut omnia verbo?
Tota instrumenti veteris tibi pagina nota est.
Debinc quicquid priscæ succedens gratia legi
Intonat, atq; novi miracula Testamenti:
Quæ canit hinc hominis facies, vox inde leonis,
Et pernix aquila, & fortis certamine taurus,
Quicquid Apostolicis Lucas descripsit in Actis,
Bisseptena pij quod spargit epistola Pauli,

Quid

* διαιρετικῶς, diuisis literis, è Gr. Σπάλλ

*Fabr. Iudam atq; Israëla, Reges.

Quid Petrus docet, & Iudas, Iacobus & ipſe,
Et quæ diuini quondam ſecreta Parentis
Vidit Iohannes, nobisq; incognita ſcripſit.
Et quæ veridici, nec in hoc tamen ordine, Patres
Expoſuêre ſuis myſteria digna libellis:
Hæc tu cuncta tenens, animo ſitiente bibiſti.
Nec ſi quid ſacrum noſtri cecinere poëtæ
Te latet, agnoſcisq; legens, & cognita ſeruas,
Atq; aliena tuo commendas carmina cantu.
Cætera quid replicem? tu ſenſibus vtere doctis,
Et quæ nota tibi, vel quæ percurſa legendo,
Ad virtutis opus ſtudio conuerte virili.
Nam niſi doctrinæ iungatur vita fideli, ""
Maiores faciet coniuncta ſcientia pœnas. ""
Eſuriit quondam Chriſtus cùm fortè, vianti
Conſpicitur diffuſa leui ficulnea fronde,
Nec iam maturum præbens ex arbore fructum.
Præteriens obiter Chriſtus, mox vt videt illam
Indutam tantùm foliis, ſed germine nudam:
Prorſus in hacce virens ornatus inutilis horret.
Tum ſubitò quatitur radix afflata calore,
Aruit & poſito ramorum tegmine truncus.
Nec verò immeritam temerè ficulnea pœnam
A Chriſto maledicta luit. Nos inde docemur,
Ne vanum præ ſe tumefacta ſcientia nomen
Noſtra ferat, ſed iuncta ſibi dilectio ſubſit.
Nam ſi Chriſticolas noſmet, ſanctosq; pu- ""
tamus,
Aggrauat hoc etiam nomen, ni facta ſequãur. ""

460 465 470 Matth. 21. 19. 475 480

Sic

Sic & virginitas ſacro deuota pudori,
Indiget adiunctis virtutibus: & niſi mentem
1. Cor. 7. 34. *Intactam ſeruans caſto cum corpore iungat,*
Succumbit vitijs: nec caſtam dicere carnem
Iure poteſt, animus quam ſi corrumpat adulter,
Ira, furor, mœror, liuor, diſcordia, luxus,
Lingua duplex, conſtricta manus, laxata voluntas,
Mœchantur cum corde hominis: tũ ſemine mortis,
Fœtus mortis alunt. en quo perducitur omnis,
Nomine virgineo quæ ſe dum iactitat, intùs
Criminibus grauidam neſcit turgeſcere mentem.
Ecce tibi è multis vnum, quo cætera noſcas,
Exemplum. Dominus plebem cùm foriè doceret,
Peruigili cura ſupremo attendere fini,
Cœlorum regnum, quæ Chriſti Eccleſia ſancta eſt,
Virginibus ſacro ſignatis chriſmate confert.
Quarum quinq; ex his ſapientia diues adornat,
Mat. 25. 1. *Quinq; alias ſtolido declarat inertia ſenſu.*
Quas dum ſub noctem requies complectitur vna,
Atq; obitum ſignans captiuat lumina ſomnus:
Ecce autem medio taciturnæ tempore noctis
Perſtrepuit ſubitus, rupitq; ſilentia clamor:
Tandem ſponſus adeſt, de corpore torpor inerti
Abſcedat, ſapidæ raptim properate puellæ,
Vnaq; quæq; ſuo procedat & obuia ſponſo.
Protinus exiliunt omnes, ſtratisq; relictis
Aptauere ſuas quæſito lumine flammas.
Sed nunc quinq;, quibus maior ſolertia menti,
Lampades accipiunt, oleum quibus addere ſumtis

Solici-

Solicitudo fuit vasis, pinguiq; liquore
Ignibus armatis squalentem rumpere noctem.
At quæ neglectum liquit pars altera succum,
Incensos lychnos nequicquam sustulit: vnde
Emicat exiguus commoti luminis ignis:
Sed virtute carens languentem lampada feruor
Deserit, & siccam percurrit flamma papyrum:
Mox inter piceos nebulosa volumina fumos,
Canescunt pigra crescentis mole fauillæ.
Ergò vt se indignas tali videre paratu,

Quæ sponso occurrant, iam cominus aduenienti,
His prece submissa prudentes vocibus orant:
Iam nostræ insspicitis moribundo vt lampades igne
Deficiant, nisi vestra oleum dilectio nobis
Mutuet, extincto vitam quod præbeat igni:

Quòd niſi torpentes adiutrix dextera flammas
Suſcitet, æternùm ſponſo excludente perimus.
Ergò agedum miſeris oleum concedite nobis.
Finierant paucis, longas inhibente loquelas
Aduentu ſponſi. ad quarum quæſita rogatæ,
Reſpondent ſapidæ tali ſermone ſorores:
Eſt miſeranda quidem veſtrorum cauſſa malorum,
Sed tamen hoc oleũ, non plus quàm ſufficit, affert.
Vnusquiſq; ſibi conſtat: *quia copia vaſis*
Et perfecta ſuum ſeruat menſura liquorem.
Nec fas quæſitum partiri, aut perdere ſuccum,
Ne diſperſa cauis deſint fomenta lucernis:
Cumq; lucrum vobis diſpendia noſtra parârint,
Tota ſimul pereant extinctis lumina flammis.
Talibus abiectæ dictis, triſtiq; repulſa,
Perluſtrant quocunq; loci commercia feruent,
Venalesq; manus: ſed dum diſceditur, ecce
Introijt ſponſus thalamum, induxitq; paratas,
Dimittensq; vagas excluſit clauſa ſorores
Ianua, nec tandem redeuntes excipit intrò.
Virginei ecce vides quam vanum nomen honoris,
Nî fertur ſanctus thalamis cæleſtibus ignis.
Felix illa manus, largis quæ prouida donis,
Accenſum pura fouit pinguedine lumen.
Tantum namq; olei vaſis infunditur amplis,
Quantum quis miſerans miſero porrexit egeno.
Hinc dominus cunctos ardentes ferre lucernas
Admonet: hoc opus eſt, hæc claræ gloria vitæ.
Suppetat ergò tibi pietas, patientia, virtus.

Luc. 12. 35.

Nec verò est quod iam timeas, quicunq; pudicam
Fortunæ casus, discriminaúe altera voluant:
Vna tibi modò cõstiterit mens conscia recti,
Neglige quid de te rumor diuulget inanis.
Nec lædi iam fama potest, innoxia cuius
Vita vel inuitis tandem patet hostibus: vt se
Opponat mundus, mendaciaq; omnia fingat.
Nes deest ipse suis tandem expectatus amicis,
Qui verum prodat verax Deus, atq; fidelis:
Cuius habe monumenta rei paucissima paucis.
Eugeniæ dudum toto celeberrima mundo
Fama fuit, Christi quæ cum pro nomine vitam
Fuderit, antè tamen fortes processit in actus.
Namq; habitum mentita viri, non proinde virile
Pectus, praficitur sanctis à fratribus Abbas.
Tum patris officium complens, ac veste virili
Fœmineum occultans sexum, muliebria sprevit,
Et meritis annisq; graues, longaq; verendos
Relligione senes iuuenili rexit in æuo.
Tunc recti impatiens, omni qui tempore serpens
Mille dolos, damniq; artes ter mille volutat,
Inuidet Eugeniæ, & sanctum crebrescere frendens
Nomen, ad assuetas redit vndiq; callidus artes,
Eugeniam quærens vulgo traducere: verum
Quo famam violare cupit, dedit inde coronam.
Quæ sexum mentita piè, cum munia patris
Sanctè exerceret, morbisq; levaret ademtis,
Quotquot subsidium sancta pietate rogarent:
Contigit à morbo ut precibus reualescceret, eius,

Iamdudum confecta grauis matrona, boniq́;
Nominis, inſano quæ mox accenditur igne
Virginis heu, ſpecie infelix decepta virili.
Cumq́; pudicitiam ſanctam donisq́; dolisq́;
Non ſemel inuaſam fruſtra captare, nihilq́;
Profore ſe noſſet: (quid non amor impius auſit?)
Addere vim verbis ſtatuit, longeq́; remotis
Arbitris, morbum ſimulans, morbiq́; leuandi
Eugeniam cauſſa appellans: vi nititur illam
Opprimere, inq́; ſuos inuitam adducere nexus.
Illa autem valido ſtuprum clamore repellens,
Auxiliumq́; petens magna virtute reſiſtit.
Ergò luxuriæq́; ſuæ matrona patrandæ,
Complendiq́; expes mulier malè perdita voti,
A patre Eugenio (qualem decepta putabat
Ob mutatum habitum longa aſſuetudine plebes)
Interpellatam ſtupri ſeſe impia fingit,
Inq́; forum vocat innocuam: quo protinus omnis
Turba ſenum turbata coit, quo deniq; cuncti
Attoniti nouitate rei matresq́; viriq́;
Currunt: Interea Eugenius (ſic neſcia ſanctam
Matrem turba vocat) populo ſpectante tribunal
Cauſſam dicturus tam diri criminis intrat,
Et iam iamq́; reum ſecreti ignara tenebat
Publica vis, odio tantùm inflammata ſiniſtro:
Conſcia cùm ſexus proprij, cordisq́; pudici
Vincitur, vt vincat iam virgo innoxia fraudem,
Et ſexum oſtendit dudum mentita virilem,
Fœmineum, ac fraudes populo applaudente retexit

Damo-

Dæmonis, vſq; adeò caſti cuſtodia voti
Semper tuta manet, multis licet acta procellis,
Quamlibet impugnet miſeri fraus callida mundi,
Intendatq; dolis laqueos, mendaciaq; addat.
Nec fert immeritam mors culpæ ignara ruinam,
Quosq; tremens hoſtis fallaci ventilat aſtu,
Purgandos ſancto patientia diſcutit igni.
Nec deſperandum eſt, ſi quando aduerſa videntur
Numina, quæ nôrunt optatam afferre ſalutem,
Et ſperata ſuis in tempore gaudia ſeruis.
Vendiderat puerum Ioſeph manus æmula fratrum, Gen. 39. 1.
Quem cum olim ſeruum tellus Mephitis haberet,
Pellicis inſultus dominæ quæ tota furebat,
Et tota interiùs iuuenis feruebat amore)
Suſtinuit: quòd ſe inuitam cognoſcere, viq;
Opprimere auſus erat, quanquã contraria paſſus:
Pertulit vnde inſons ergaſtula, vincla, catenas, Gen. 39. 20.
Dum ſpaciũ replicans geminos Sol duceret annos.
Et iam oblitus erat lucis, iam crine fluenti
Longus ad vſq; pedes pendebat ab aure capillus:
Cùm vegetante Deo, nullis mens clauſa tenebris,
Eruit è tenebris arcani abſcondita ſenſus,
Atq; Canopæi patefecit ſomnia regis. Gen. 41. 25.
Vnde & tanta illi ſucceſſit gratia coram
Principe, vt imperij conſors, & totius eſſet

Aegypti ſecum dominus: quin protinus illi
Gen. 41. Captiuo Pharaon diadema in vertice ponit.
v. 41. Sic regno exilium commutat, principe ſeruum,
Opprobrium euitans, ac præmia magna reportans.
Suſannam poſt hunc dignis quis laudibus vnquã
Excolat, infirmis quondam quæ vicit in annis
Improba vota ſenum, coniuratosq; furores?
Hiſt. Suſ. Optimus Ebræos & præſtantiſſimus inter
v. 1. Illi vir Ioachimus erat, quem ſi quid habebat
Iudicij ac litis populus, referebat ad vnum.
Mos eſt Ebrææ genti, vnumquenq; per annum
Eligere ex omni ſenio & virtute probatos
Gente duos, qui dent populo reſponſa petenti,
Iusq; ferant. verùm quodam (vt fors cõtigit) anno
Lecti è plebe duo, non tam virtute valentes,
Quantum obdurati ſenio, atq; libidine fortes:
Exarsêre ſemel Suſannæ ardore, nec illos
*In Fabr. coniugis auctoritas
Coniugis* auctus bonos, matronæ aut fama pudicæ,
Non propè natiuis defecta caloribus ætas
Continuit, quin luxuriæ paradigma ſenilis,
Et iuueneſcentes defecto in corpore flammas
Proderet, & mores probitas ſimulata malignos.
Fortè per vrentes iam grandi æſtate calores,
Dum medium amplexus cœli Sol torridus axem,
Aequa ſorte diem atq; in partes diuidit æquas,
Caſta ſubingredier pomarî clauſtra virentis
Captatura leues auras Suſanna ſolebat.
Hunc verò illius morem ſpeculata ſenilis
Luxuries, opportunam captabat & horam

Et tem-

Et tempus: (quanquam alterius neſciret amores
Alter,& improbitas velut eſt aſpecta, timeret
Alter ab alterutro) cùm explere libidine ſeſe
Poſſet,& alterius fructu gaudere mariti.
Dumq; explorantes conceptæ accommoda fraudi
Tempora, ſæpe locum effrenes coguntur in vnum.
Et nimiùm tardos ſecum indignantur amores:
Mutua ſenſerunt perculſi incendia cordis,
Conſimilemq; ſui cauſſam agnouêre doloris.
Conueniunt ergò, atq; nemus (quò ſæpe ſolebat
Aduerſum æſtiuos Suſanna intrare calores)
Ingreſſi, denſam latitant ponè arboris vmbram.
Ecce autem viridis per mollia gramina luci,
Suſanna ingreditur famulis comitata duabus,
Quas ſmigma atq; oleũ iubet ad ſe afferre, foraſq;
Deſtinat, imprudens caſusq; ignara futuri.
Illi autem vt ſolam egreſſis vidêre puellis,
Ilicet effrontes incautam fraude puellam
Appetiêre ſimul, verbisq; hanc talibus ambo
Aggreſſi: En, aiunt, ſoli ſumus, en age noſtris,
Vndiq; dum clauſum nemus eſt, accedito votis,
Larga tibi dabimus violati præmia lecti.
Contrà ſi noſtros temeraria ſpernis amores:
Fingetur tecum à nobis inuentus adulter,
Quî cùm tu emiſſis habitaueris inde puellis.
Talibus aggreſſi iuuenem gens improba verbis,
Inſuper intentant & verbera, protinus in ſe
Deliciasq; ſuas nî ſtatim aſſentiat: hîc tum
Anceps illa diu ſecum luctatur, & hærens

Fluctuat incertæ quò vergat pondere mentis.
Lex peccare vetat, rursusq́; infamia terret.
Hinc iterum duros precibus mollire furores
Tentat, & obscenas lacrymis extinguere flammas.
Sed postquam nullis precibus monitisue repulsos
Obstrictosq́; senes vincit cognata libido:
Fœmina præclaro mentem succensa pudore,
Decreuit iam casta mori, ne crimine tanto
Fœdarent miseram carnis commercia vitam.
Teste Deo gaudet, famamq́; recusat inanem,
Iudicio contenta suo: *tum protinus omni*
Auxilio deserta hominum matrona suæq́;
Conscia virtutis, superis commendat inermem
Mœsta pudicitiam, quosuis passura labores,
Antè ferat quàm luxuriæ assentire senili.
Ergò pudicitiæ custos, spes vna suorum
Summa Deus, solusq́; animi scrutator operti,
Rem cupiens aperire loco, facinusq́; reclusum
Pandere, & obtectas laqueis producere fraudes,
De cælo auxilium, quod vis humana nequibat,
Misit, & occultas seniorum in tempore fraudes
(Nil minùs aduersùm sese sperantibus illis)
Prodidit, illorum puero prodente furores.
Fortè Semiramia puer hoc ætatis in vrbe
Vnus erat, plebes Danielem Ebræa vocabat,
Cui tanta Assyrio quæsita est gratia coram
Principe, vt imperij primores inter haberet
Balthasarem, (namq; hoc illi Chaldaica nomen
Gens dederat) cui coniunctos tres nouimus illos

Insignes

Insignes pueros, Sidrach, Misach, Abdenagoq;. Dan. 1. 7.
Quos statuam Assyrij negligentes principis illam Dan. 4. v. 8. al. 5.
Instar adorantum venerarier Assyriorum,
Protinùs ardenti nudos fornace receptos
Ambibat saluos vstis tortoribus ignis, Dan. 3. 23.

In medijs Domino resonantes cantica flammis:
Quos meritis æquans Danielis candida virtus,
Horrida frendentum compescuit ora leonum.
Nam cum in se Assyrios, & Belis imagine fracta,
Atq; sacerdotum detecta fraude suorum,
Dignus ob id mercede puer, mouisset, in antrum, Hist. Beli, v. 31.
Quo septem ingenteis solitum nutrire leones,
Ora famescentum satiet qui dira ferarum, Dan. 6. 16
Mittitur: vtq; illi feritas minùs horrida parcat,

Subtrahitur diris consueta leonibus esca.
At verò qui nunquam non in tempore seruis
Nouit adesse suis, puero adfuit, inq; leones
Virtutem dedit, vt posita feritate, suæq;
Iam famis obliti, sartum tectumq; fouerent,
Immunemq; suis à rictibus. Et tamen illud
Quis non addiderit toti admirabile mundo?
Histor. Beli, v. 32 *Quòd tùm in Iudæa degens regione Propbeta,*
Angelica medium sublatus in aëra dextra,
Vertice de summo pendens, summoq; capillo,

Subiectasq; terens immotis gressibus auras,
Intulit opiatas, puero nîl tale putanti,
In Babylona dapes. gratijs tum protinùs actis
Excepit Daniel transmissas desuper escas:

Et quan-

Et quanquam è longis vehercntur fercula terris,
Seruauêre suos peregrina in sede sapores.
Septima iamq; dies clauso Daniele redibat,
Cum rex Assyrius Danielem vt ploret amicum,
Illuc inuidia populiq; timore repostum,
Dirorum tristis festinat ad antra leonum.
Vt verò illæsum, vitæq; per omnia plenum,
Sæuitiaq; feras posita mansuescere vidit: (rans,
Magnum illum Dominũ, atq; Deum Danielis ado-
Abstulit & vinctum, multis & honoribus auxit.
Iste ergò impubis Susannam fortè videbat
Ad tormenta rapi, veri quam nescius antè
Vulgus inauditam damnauerat, & simul omnes
Insontis sontem certabant cernere mortem:
Cùm subitò in medium iuuenis se proripit agmen,
Accensum tenera castigans voce tumultum:
Immeritam ecquid (ait) plebes insana puellam
In mortem rapitis? seniores quin magis illos?
Ecquid ad iniustum certatis currere lethum?
Protinùs ad verbum pueri commota, repressit
Turba sequax animos, atq; huius criminis illi
Iudicium defert. tum læta precarier omnes
Susannæ, & finem attentos spectare videres.
Ille autem ascendens populo impellente tribunal,
Confestim abiunctos seniores, quenq; seorsim
Quæ sit adulterij series interrogat, & qua
Testibus his mulier deprensa sub arbore peccans.
At dum responsis variant discordibus ambo,
Coniunctum facinus disiuncta voce fatentur.

Tunc

Tunc omnes pariter timor accipit, vndiq; clamor
Surgit, & autores sceleris plebs obruit omnis,
Inq; Dei varias iuncto modulamine laudes
Fertur, & accito Susanna erepta marito
Redditur. hîc omnes communi voce parentes
Collaudare Deum, dignisq; extollere psalmis,
Qui dare suppetias (modo ne fiducia desit)
Nouerit, auxiliumq; suis in tempore seruis.
Ergò si nubens terrena lege puella,
Est etiam curæ Domino, connubia si quæ
Integra seruauit, seruari illæsa meretur;
Conijce, virgineis quantum disponitur illic (est
Quo Christus vocat hinc meritis, & quanta futura
Illius, à prima quæ mox ætate pudica est

Gloria:

Gloria : cùm cuncti iudex atq; arbiter orbis,
Lasciuos castis hœdos secernet ab agnis,
Et sua pro merito dabit vni cuiq; labore 800
Præmia, demeritis tormenta æterna reseruans :
Cùm vel in extremis quid quisque cubilibus
olim
Egerit, id nulla demùm celabitur arte.
Et verò hoc etiam memori tibi mente tenendum,
Cara soror, quòd iam potiori in parte locata es, 805
Quã (modò tu vigiles) vnquã nemo auferet abs te.

Olim id dũ Mariã aduersus, pia murmura fundit
Martha soror, Christo didicit correpta magistro :
Optimum enim Maria elegit, nec segniter, inquit Luc. 10.
Illa 42.

Illa vacat, verbo curis attenta neglectis.
Ergò age iam germana, ſuis dum ſecula curis
Flagrant, inq; ſuos mundus conuoluitur æſtus,
Electam ſeruare tibi non deſine partem:
Te primam meruit cognatio tota patronam.
Iam te ſigniferam ſequimur, vexillaq; Chriſti
Te præeunte libens ſectatur ſtemma parentum:
Quos licet antiquo mundus donârit honore,
Et titulis à primæuo inſigniuerit ortu,
Plus tamen ornantur ſacris inſignibus illi,
Quòd ſanctas ſtudio & meritis rexêre cathedras.
Nec iam atauos ſoror alma tibi proauosq; retexã,
Vita ſacerdotum quos reddidit inclyta claros:
Pontificem ſacris aſſumtum reſpice patrem.
Cumq; tibi genitor vel auunculus vndiq; magni
Virtute & meritis præeant, ſectarier aude,
Siue præire magis: precibus nec deſine Chriſtum
Flectere, quò ſumtos patrum ad conſortia fratres,
Dignè ſuſcepto fungi pro munere donet.
Pro quibus aſſiduas illi perſoluere grates,
Fundere vel fletus non tædeat: vt tibi nullus
Fratrum de numero deſit, cùm præmia ſumes
Factis digna tuis, materq; effecta parentum
Virgineæ victrix ſociabere læta cateruæ.

(*)

IN AL-

IN ALCIMI AVITI LIBRVM, DE CONSOLATORIA CASTITATIS LAVde, ad Fuscînam sororem: Notæ & variæ lectiones.

Vers. 4. *Num quoties*] mſ. A. & Col.
Inq3 leui calamo cauſſarum reſpice pondus,
Et tenuis fortem commendet cantus amorem.
Nam quoties ſanct.

v. 7. *Et caſtis*] mſ. & Col. omiſſa copula:
Interiore ſono caſtis concentibus aptat:
Tunc licet excuſſo libeat tibi ludere verſu,
Atq3 fatigatam meditando abſoluere mentem,
Non hîc fallaci tinguetur barbitos vnda.* *Col. tinget.

11. *Vndas*] mſ. & Col. auras. 14. *Pieriæ*] mſ. & Col. getur.
Sed nec Pierio ducent hîc cantica ludo,
Quas ſibi terrenas mentitur fama ſorores:
Dat tibi germanum ſed verax Muſica plectrum,
Et Chriſtum reſonans, claudetur fiſtula Phœbo.

19. *Luci*] mſ. & Col. generi. 20. *Chriſto*] mſ. & Col. Confeſtim parcam promittit ducere vitam. 22. *Caro cum pignore*] mſ. & Col. carorum cura parentum. 24. *Te mox*] Col: Tu ſimul offerris. mſ. offerres. 26. *Nulla Deo*] Integer hic verſus, vnà cum proximè ſequente, in mſ. A. & C. eſt omiſſus. 32. *Fide*] Recentiores editiones legunt: Inſinuante Deo, cum tamen vocabulum Dei, priore quoq; verſu extiterit.

Ego

Ego malim: Insinuante FIDE. Quæ tanè lectio non modò vetustissimorum exemplariuin, puta manuscripti, Argent. & Colonienſis: verùm etiam ſacrarum literarum autoritate ſuffulta eſt. Hæ enim expreſsè aſſerunt, Abelem FIDE vberiorem hoſtiam Deo obtuliſſe, Ebr. 11. 4. 33. *Cum capite*] mſ. & Col. Et capite obl. 35. *Atq;*] mſ. & Col. Iamq; ſuum. 37. *Sparſo*] mſ. & Col. neto quæ fulgurat auro. 40. *Cocco*] Arg. ſucco. mſ. & Col. ſuco. Veteres enim, Sucus, c ſimplici ſcribebant. Nihil tamen prohibet quò minùs (ſuco) legamus. 43. *Quæ compenſarent*] mſ. Quo dependentes ornarent vulnera baccæ. Colon. Quod perpendentes. 44. *Dum precioſa*] mſ. Arg. & Colon.

Et precioſa quidem malas, ſed ſaxa, grauarent.
Latiùs hæc verò ſanctus deſcribit * *Iſaias,*
Ornatusq; refert varios, qui membra venuſtant,
Quæ mox paſcendis præbebunt vermibus eſcas.
Et forſan dum vita manet, percurrere verbis
Morborum tot ſæua poteſt diſcrimina nemo,
Ante obitum cuncti quæ formidare docemur,
Singula vel totis obnoxia mortibus eſſe,
Omnia dum proprio ſoluantur corpora fine,
Atq; vnus præſtet reliquos perſiſtere caſus.
En quid quiſq; cupit peritурum comere vultum,
Interior dum ſordet homo, ac ſe crimine * *turpat.*

* Iſaias περιτρέπ-ων.

* mſ. turbat.

52. *Quem mater*] Manuſcript.

Virginis os habitumq; decens, & concipit omnem
Floribus * *imprimis iam mens matura pudorem.*
Haud ſecus exultans. Colonienſ. verò paulò aliter diſtinguit:

* Al. Floribus in primis.

Virgi-

Virginis os habituṁq3, decens & concipit omne:
Floribus imprimis iam mens matura pudorem.
Haud secus exultans.

58. *Pia te genitrix*] mſ. & Col. Sic te læta domus ſanctis alcarib. 60. *In thalamum*] mſ. A. & Col.

Scribens in thalamos, ac magni fœdera Regis:
Et cupit electam ſpeciem.

62. *Hinc vbi creuiſti*] mſ. Arg. & Col.

Hæc vbi reſpirans præuenit gaudia mater,
Ac tibi collatum paruo conſpexit in æuo
Grande bonum, teneris dum virtus creditur annis,
*Teq3 reparturiens meliùs * quàm corpore ſaluo,* * Arg. & Col. cum corp.
Spemq3 metumq3 inter, quanquam iam libera voto,
Fert tamen attonitas ſic læta, quod anxia curas,
Inſinuans cauſſam lacrymis: tum talia mandat:
Ortu quarta quidem, ſacro ſed munere prima
Dulcis nata mihi, cœlo quam carne fideq3
Bis genui, Chriſtoq3 rudem de ventre dicaui.
Hactenus & noſtrum fuerat, ſed tempore ducto
Iam decet eſſe tuum: nam quod ſeruabere virgo,
A me principium tibi peruenit, omnia poſſe
Incipiens, cum velle ſubeſt: veſtigia ſerues,
Per quæ ſectato conſcendes tramite cœlum.
Nec deſunt exempla tibi: nam reſpice quantæ
Virginibus florens, &c.

90. *Docens*] mſ. & Col.

Seueriana leuans & te coniungier optat.
Nec multum ſenior gaudens Aſpidia.

96. *Culmen*] Fabr.

Aſpice nunc culmen, quod virginitate renidet.

Colonienſ.

Aſpice nunc culmen, gemma quod virgine fulget.

Sed omnium rectiſsimè Manuſcriptum:

Aſpice nunc columen, gemina quod virgine fulget: nimirum Seueriana & Aſpidia, quarum nomina paulò anteà commemorauit. *99. Voce vocetur*] Ex Argent. Nam in mſ. & Col. eſt: voce ſonetur. Procul dubio autem intelligit Euphroſynen, vel potiùs Phronesium, cuius nomen Hexametro non ſatis aptè inſeri poteſt.

101. Clara exempla] mſ. A. & Col.

Significat propriam ſumto de nomine mentem.
Quîs licet emeritum cedant ſua ſecula culmen,
Vitaq́ ſublimi cunctis præpolleat arce:
Has generoſa tamen matres ſi corde ſequaris,
Gaudebunt vinci dum proficis, ac tibi ſummam
Sponte dabunt palmam, ſuperanti vota magiſtræ.
Hæc dicens, teneros tàm ſancto hortamine ſenſus
Impulit, accendens * *in virginitatis amorem.*
Sic mater fœcunda viero, fœcundior actu
Macchabæa potens, & prolis funere felix,
Orbari gaudens animo vincente ſenectam,
Edocet, * *hortanti ſubolem non cedere mundo,*
Inflammatq́ pios ad fortia facta furores.
Quid tua nunc repetam, tenero quæ fortior æuo,
Ante annos animumq́ * *gerens reſponſa dediſti?*
Non hæc parua tuam ſuſcepit pagina laudem.
Exitus impleto veniet cum tempore victor
Laus meliùs canitur, cum iam clamante triumpho
Conſummata tuis reddentur præmia factis.
Nunc decet attonitos cauta te voce monere,
Solicitas tecum partiri ac voluere curas,
Atq́ iuuare tuos hortantia dicta labores:

* Col. ad virg.

* Arg. & Col. hortando ſobolem.

* Col. hærens.

Dum

Dum pugnat varius per crebra pericula casus.

136. *Moliturq́*] mſ. A. & Col.

captat veſtigia ſerpens,
Aſcendens dextro quem conterat aggere planta.
Nîl non * interitum præſentia ſecula ducunt,
Nec ſecura datur requies in carne caduca.
Vertuntur nam ſæpe boni, perit obruta virtus,
Partaq́; tranſactæ decedunt præmia laudis.
At plerunq́ ſolet, ſubito ſuccenſa calore,
Frigida quæ nuper fuerat, mens linquere mundum,
Atq́ repentino reſtr.

* Col. peream: interdum, pro ſupino priore, interitum.

148. *Contra ſi ſanctos*] mſ. & Col.

Nam ſtudium ſancti laxet ſi fortè laboris
Pigraq́ conſuetas.

151. *Si vires*] mſ. & Col.

Stare nequit meritum: ſi non acquirit eundo,
Amittit rediens: nitendum eſt viribus amplis,
Vt ſatis anguſtum ſcruent veſtigia callem.
Nam qui diffuſam ſpacio laxante plateam,
Mundanis ludens, facili nunc aggere currit,
Strictior hunc carcer crudeli ſorte ligabit.

164. *Monet*] mſ. & Col. monens.

165. *Quod ſi etiam tardus*] mſ. A. & Col.

Suadet veloci tardus compendia greſſus.
Namq́ ad doctrinam, animus quam paupere verſu,
Tu melùs iam docta venis, quæ iunior ortu
Relligione prior, viuendi iura dicaſti:
Annorumq́ ſequens, meritorum ſorte ſuperſtas.
*Quod * ſi conſequimur, tua ſit conuerſio fratrum*
Exemplo debenda pio: te reſpicit auctor,
*Primitiasq́ * in te ſacris de frugibus offert.*
Indicit ſed ſancta fides, vt corde propinquo

* Malè C. ſicut ſequimur.
* mſ inter

,, Participata leuet fraternum sarcina pondus.
Tu germana, pium quem ductis ab vbere, fascem
Non carnis, sed legis habes, ceruice fideli
Subdita ferre iugum, nec vincla in coniugis ire,
Mundanas odisse vias, percurrere mundas:
Illinc nolle toros, hinc sponsum quærere Christum,
Sic tedas temsisse, pio quod amore calere:
* Col. laborum. *Pigra voluptati, feruescere corda* labori,*
Ignorare virum.

185. *Posit*] mſ. & Col.
Quos nunquam tristis posset tibi tollere casus:
Non orbata gemes.

187. *Supereſſe, perennis*] Colon.
Nec viduam sponso metues supereſſe perenni,
Expers ipsa mali: nec te sententia tangit.

191. *Plangere*] mſ. & Col. viuente reatu,
Quæ subiecta viro, dominum passura.

194. *Quæ captiua*] mſ. & Col.
Sic captiua tori, cum portet nomen inane
Coniugis, & vana dicatur imagine consors:
* Col. nequaquam *Sola iugo premitur,* non æquam ducere sortem.*
At cum longa decem complent fastidia menses, &c.

201. *Et cum*] mſ. A. & Col.
At cum luctato soluuntur vincula partu,
Vna luit tanto carnis discrimine pendens,
Quod coîere duo. Spes palpat fortè dolentem,
Editus in lucem si viuat filius: atqui
Contingit plerunq;, gemens vt mortua fundat.
* mſ. Suboli. *Sæpe etiam* soboli nec mortis tempore vatæ*
Dant geminum matris commortua membra sepul-
Illud iam leuius, &c. (crum.

210. *Quod fortè*] mſ. & Colon. quid fortè

212. Hîc

212. *His perit*] inſ. A. & Col.

reſpicit, & perit omne
Quod ſibi conceptis ſpondebant gaudia votis.
Omnibus his illud grauius, ſi forte carentem
Cœleſti lauacro, (itidem vt ſuperiùs, lib. 4. v. 641.

Th. Pulmanus h. l. ſubſtituit : *— carentem*
Vnda cœleſti) *tenerum mors inuida natum*
Præripiat, dura pariendum ſorte gehennæ:
Quicq; genitricis * *ceſſat cum filius eſſe,* *Al. ceſsi
Perditionis erit : triſtes tunc edita nolunt,
Quæ flammis tantùm genuerunt membra parentes.

Obiter autem admonendus eſt pius lector, vt hos verſus accurato iudicio legat, & ad normam ſacræ ſcripturæ diligenter expendat. Neq; enim diſsimulandi ſunt impij & horrendi errores, quibus Alcimus quoq; temporum ſuorum iniuria implicatus, virginitatem ita commendat, vt coniugium (non ſine autoris, h. e. ipſius DEI opt. max. blaſphemia) vituperet, & fœtus in aluo materna extinctos damnet. Qua de re, quænam mea & Eccleſiarum noſtrarum ſit confeſsio : ſuperiore anno monſtraui, edito peculiari tractatu, cuius inſcriptio eſt :

Bericht von den jungen Kindlein / welche entweder in Mutterleib / oder zum wenigſten in weerender geburt abſterben / vnd demnach die heilige Tauffe nicht erlangen können : Aus heiliger göttlicher Schrifft / vnd den bewerteſten Kirchenlehrern verfaſſet / durch M. Ioachimum Zehner / ꝛc. Gedruckt zu Schmalkalden / in 4.

V. 220. Verò tanti] mſ. & Col.

Quis memorare queat tanti discrimina casus,
In quæ pertrahitur dilecta gloria carnis?

224. Qua necteris] Sic & Col. Mſ. verò: quia necteris. Vtrunq; v. 225. non ſtringant vincula mundi. *230. Anté*] mſ. & Col. ſed quam formauerat ipſe,

Elegit nitidam, de qua procederet, aluum.

232. Proprium] mſ. propriæ. *234. Quod vbi iamq; adfore*] mſ. & Col.

Quo pariendus erat: præceſſit membra voluntas.
Ipſe Deus Verbum veſtitur viſcere ſumto.
Qui cum Patre iubet, materno in corpore ſeruit,
Suſcipit & famulum Dominus qui iuſſerat æuum:
Tempora per patrem, per matrem ſemina neſcit:
Illa quidem fœcunda fuit, quæ pondere caſto &c.

243. Dignoq; agnomine] mſ. & Col.

Edere promeruit: ſed nec tibi gloria tanti
Defuerit facti, Chriſtum ſi credula corde
Concipiens, operum parias pia germina cœlo.

248. Si quis enim] mſ. & Col.

Si quis, ait, noſtram compleuerit ordine legem:
Hic mihi ſemper erit frater, mater q̃, ſoror q̃.
Aſpicis vt careat ſexu cœleſtis imago,
Interior ſortitus homo quam mente retentat.
Præbuit exemplum ſurgens à morte redemtor,
Fœmineum maribus cum ſic præponit honorem.
Guſtabat ſumtam noſtro pro crimine mortem,
In crucis excelſo, pendens ſine crimine Chriſtus.

261. Clauis] mſ. & Col.

ſancto clauis efflauerat ore.
Deſeruit populi ſpectacula talia cœtus,
Signaq; ferre nequit.

264. Auer-

*mſ. quos.

*Col. Ipſe Deus, Verbum veſtiuit viſc.

*Col. quia al. fieri qui iuſſerat.

*Col. ſexu careat.

264. *Auersus*] mſ.& Col. *vultumq; retortus ab orbe*
Texerat iniuſtas nocturnis luctibus horas
Atq; peregrinis aditum dabat ipſe tenebris,
*Temporibus magno * mutatis cardine rerum.*

* Arg. & Col. ceſſerat iniuſtas.

269. *Niſu*] Col. nixu. 270. *Summo nutârunt*] mſ. & Col. celſo *nutabant vertice.* 271. *Iuſſa*] mſ. & Col *deſcendere ſaxa iuſſa locus.* 274. *Interea*] mſ. A. & Colon.

* mſ. mutatus.

cunctis fugientibus, illæ
Decernunt, quanquam trepidæ, perſiſtere matres.
*Peruigil vt viuo: ſic ſancto cura * ſepulcro*
Seruiat, & voto præſens perſoluat honorem.
*Pinguia * fragranti componunt illita ſucco*
Quæ ſaluans ſaluum ſeruarent linteа corpus.

*Lugdun. ſepulto.

* mſ. flagranti comp. ill. ſuco.

281. *Intentis*] è Lugdun. Nam mſ. A.& Col. legunt: expenſis. 283. *Quod credebatur*] mſ. & Col.

ſemet perſoluere munus.
Et cum ſic breuiter præuenerit iſta reſurgens,
** Quæ credebatur ſeruandum poſcere corpus:*
Quo non indiguit, placatur munere Chriſtus: » »
Pro quo reſpondens confeſtim gratia præſtat,
Angelicos cernant humana vt lumina vultus.
Splendida candebat cœleſti in corpore veſtis,
Et vultum rutilus reſperſerat vndiq; fulgor.

*C. Quod

297. *Occurſuq;*] mſ. & Col.

Angelus alloquitur ſancto quos taliter ore:
*Fœmineo ſexu, mentes * ſuperate viriles,*
Nec trepidate nouo fortiſſima corda tumultu.
Aduerſos hæc ſigna petunt: vos, nulla timendi
Cauſſa ſubeſt.

*C. tranſite.

303. *Funere*] mſ. & Col. Solenni nuper tumulatum funere Ieſum. 304. *Præſens*] mſ. & Col.

quòd præscius ore fideli
Dixerit ante obitum, duplici, non ampliùs vlla,
Seruandum se nocte.

306. *Hicce*] Col. hic est 312. *Hinc lato*] mſ. & Col.
Ibant impauidæ læto tam pectore matres.

314. *Sese*] mſ. & Col. *Christus sese grad.* (tat,

315 *Salutans*] mſ. & Col. *blando & sermone salu-*
Itemq3, ait, nostrus hæc iam mandata referte
Discipulus, nôrint vt surrexisse magistrum.
Illæ complexis defigunt oscula plantis.

321. *Iussi sunt*] mſ. & Col.
Primùm fœmineis instructi discere verbis,
Agnoscunt animum potiùs quàm vincere sexum.
Communis virtus.

324. *Cuiq3*] mſ. A. & Col. *nulla est distantia cordis.*
Rectum velle subest, si gratia constet virisq3,
Cui tamen attento * *desudet vita labore*

* Col. desudat vita labori.

* *At quid dona iuuant hominem, si mente soluta, &c.*

328. *Dissperdant*] è mſ. Col. mauult: dispergant. Fabr. malè perdunt. 331. *Cœlestis vult Oeconomus*] mſ. Arg. & Col.

* mſ. & C. Aut quid Arg. At quid.

Cœlestis rex ille, parans discedere terra,
Argentum famulis, vt quus virtute valebat,
Quinq3 minas primo, duplicem dat sorte secundo,
Atq3 impar magnis suscepit tertius vnam.
Tunc sic discedens, famulos instruxerat omnes.
Nunc, si quis vestrûm deuota mente fideli,
Experiar, fuerit. quæstu noscendus ab isto,
Qua quis sit virtute potens, qua præditus arte.
Thesauros geminate meos, vsuq3 polite,

* Al. tinguat.

Liuida ne facies polluta ærugine * *tingat,*
Accipitis nitidum pura quod fronte metallum.

Si redeam

Si redeam: meritis redduntur præmia iustis.
Dixit, & abscessu cœlestia regna petiuit.
Incubuêre duo studij certamine vernæ.
Fanerat ille citus partem splendentis acerui
Pauperibus largo dispensans plurima dono, (nis
Crescit & in cumulos, quicquid confertur ege-
Exponens alter sacri mysteria verbi,
Vsuras sancto gaudet concrescere lucro
Et, cupidus recti, vitam dum prædicat, addit.
At solus minimo qui sumsit pondere libram,
Defossis scrobibus marsupia mersa locauit,
Degenerique fluens elegit viuere luxu.
Sed iudex tandem finito tempore mundi
Regreditur: cuiusque moram despexerat excors,
Contremuit seruus reditum. Tunc omnibus ille
Vt doceant ratione iubet, quem tempore tanto
Poscenti reddant operata negotia fructum.
** Argentum splendens geminata mole ministri*
Promunt, & læto referunt commercia vultu.
Tertius ille piger, drachmam tellure latentem
Promit, quæ iuncti sorbens contagia cœni,
Perdiderat proprios incluso lumine vultus.
Illum terribili dominus tunc increpat ore:
Tantáne te nostri tenuerunt otia segnem
Serue piger, reditusque mei sic cura refugit?
Argentum nitida quod purum luce tulisti,
En tetrum pressumque refers: non cognita quondam
Delituit, nec respondens vt sæpe solebat
Forma mihi, vultusque mei non paret imago
Assignata tibi. Sed si ferrentur aduersus,
Altarisque mei terigissent credita mensam:
Cresceret inscriptus nostro de nomine nummus.

* Al. Argenti pondus.

Nunc igitur famuli, vos totum ferte fideles,
Addat & vtilibus fors vltima, tollat inerti.
Improbus in paucis, hîc dignus non erit vllis.
*Al. quisque. *Quiq; voluntatem noſcens contemnit herilē,
Cæditur hic multis: paucis, qui neſcius errat.

Luc. 12. 382. *Quanquam*] inſ. & Col.

47. *Armata cum mente veni, nec fœmina bellum*
Formides quod mens peragit: nam gloria dudum
Sexus iſta tui, nota eſt tibi ſæpe legendo:
Nec dubiam te nôſſe reor, cum Debbora quondam
Duceret inſtructas poſt fortia claſsica turmas.

388. *Ferocem*] mſ. & Col. *quos ipſa ducatu,*
Exemplo, verboq; monens accendit in hoſtem.
Sed poſtquàm ducens princeps animoſa caterua.

393. *Tum quà*] mſ. & Col.
Hoſtilis virtus: & quà ſe fœmina monſtrat.

395. *Maximus*] mſ. *tum maximus ille*
Forma giganteo iunxit quem corpore moli,
Immenſamq; leuans produxit verticis arcem,
Rex Siſara fugam, telorum faſce reiecto,
Incomitatus adit, metuens ſublime notari
Corpus, & excelſam fugitiuum prodere maſſam.
Sed poſtquam latuiſſe putans, &c. Colonienſ.

——— tum maximus ipſe,
Forma giganteo iunxit quem corpore, mole
Immenſaq; leuans produxit verticis arcem,
Rex Siſara, fugatellorum faſce reiecto,
Incomitatus abit, metuens ſublime notari
Corpus, & excelſa fugitiuum prodere maſſa.
Sed poſtquam.

403. *Mox animoſa*] mſ. A. & Col.
Hunc etiam ſternit mulier, terraq; iacenti

Malle-

Malleus infixo transfodit tempora clauo.
Fœmineus sic ille fuit per cuncta triumphus.

409. *Triplex*] mſ. & Col.

iuſtis ſæuus quæ commouet hoſtis.
Spes tibi fida foret, felix in vertice caſsis,
*Contineat lumbos * precioſi zona pudoris.* *Col. preciosa.
Iuſtitiæ lorica tuos conſtringat amictus,
Pro gladio, ſemper verbum teneatur acutum.
Has virtutis opes, hæc ſic ſolatia belli
Deſcribens, mentis varias cum corpore pugnas
*Prudenti quondam cecinit Prudentius * arte.* * A. ore.
Nam tibi bellatrix, & pleno robore pollens,
Virginitas armata venit, quam fœda libido
*Appetit, & caſſo vocat in certamina * niſu.* *Col. nixu
Sic bellatricem te ſentiat æmulus anguis:
*Cumq; laceſsitæ * concedant prælia palmam,* *Col. concedent.
Læta feras ſummum calcato ex hoſte tropæum.
Nam quicquid ſacræ, &c.

429. *Aut ſenſu*] mſ. & Col.

Nam quicquid ſacræ diuina volumina legis
Eloquio ſenſuq; docent, quod prædicat ipſe
Antiquus mundi replicans exordia vates,
Siue ille hiſtorias texat, ſeu fortè figuras.
Quid diuerſa retrò multorum tempora Regum
Poſt Ruth ſucciduo geſſerunt ordine magnum,
Vel qui poſt reprobum Dauidica regna Saulem
Ter quinquageno ſcripſerunt ordine Pſalmos.
Pacificus quicquid lata inter ſceptra Salomon
*Obſcurum ſenſu * ſacra per Prouerbia duxit:* * mſ. & C. per clara prouerbia.
Quodq; bus octoni poſt ſe videre Prophetæ:
Quod clauſum Iob mitis ait, cum vulnere aperto.
Eſther quid memorem? & caſtæ mendacia Iuduh? * mſ. quid.

Orna-

Ornati cùm fraude Satraps accenditur oris,
Cum meat illudens obscenum fœmina lectum,
Defectoq; feros compescit vertice visus.
Quod melius cernens cæcato in corpore Tobi,
Quæ secreta videns perscripsit conditor Esdras:
Quicquid post priscam succedens gratia legem
Intonat, atq; noui miracula Testamenti:
Hinc hominis clamat facies, vox inde leonis,
Et pernix aquila, & fortis certamine taurus.
Inde quater terni puris quod mentibus agni
Egerunt, toto spargentes semina mundo:
Bisseptena pij quod spargit Epistola Pauli,
Quod Petrus Iacobusq; docent, quod Iudas, & ipse,
Qui conspectare fert cœli secreta, Iohannes.
Quin & veridici quæ plurima tractatores
Exposuere suis mysteria digna libellis:
Hæc tu cuncta tenens animo sitiente bibisti.

* Col. lethum.
* Al. Tobit, è Gr. τωβιτ.
XII. Apostoli.

430. Antiquus] Similis ferè Catalogus librorum scripturæ, habetur in epistola Amphilochij ad Seleucum, cuius latina versio D. Nazianzeni operibus inserta est, Græcè autem nunquàm prodijt: veruntamen, Deo dante, propediem è veteri codice mſ. in publicum emittetur.

465. Cætera] mſ. & Col. Quid totum replicem? tu sensibus. *466. Percursa*] Ex Arg. & Col. Pro quo in mſ. legitur: persensa. *468. Fideli*] mſ.

Nam nisi doctrinæ iungatur vita fidelis,
Agnosci grauiùs non obseruanda nocebit.
Col. *Agresti grauiùs non obseruanda nocebit.*

470. Christus] Col. Dominus, cum fortè vianti Consp. *472. Præbens*] mſ. & Col.

Nec iam maturum prædicta ex arbore fructum

Carpere

Carpere tempus erat: quam mox vt repperit ille
Indutam tantùm foliis.

476. *Tum subitò quatitur*] mſ. & Col. Percutitur ſubitò radix afflata calore.

478. *Nec verò immeritam*] mſ. A. & Col.

Inſtruimur tali legem cognoſcere ſigno,
** Ne Chriſti famulo, ſolo ſermone fatenti,*
Nomine confeſſo, viuens operatio deſit.

* Col. Ne Chriſti famulum ſolo ſermone fatenti, Nom.

Nam ſi Chriſticolas noſmet, ſanctoſq; putem⁹:
Aggrauat hoc etiam, nî dictum facta ſequantur.

484. *Sacro*] mſ. ſancto deuota pudori. 487. *Succumbit*] mſ. Concumbit vitijs. 488. *Quam*] ſc. carnem. Ex A. & Col. Nam in Fabriciano eſt: animus quem ſi corrumpat. In mſ. animus quem ſi corrumpit adulter, &c. Quòd ſi omninò Maſculinum retinendum ſit: malim legere:

nec caſtam dicere carnem
Iure poteſt animus, quem ſic corrumpit adulter.

Inde noua planè periodo: Ira, furor, mœror, liuor, diſcordia, luxus, &c. Mœchantur cum corde hominis. 491. *Tum*] mſ. & Col. cum ſemine mortis. 496. *Exemplum*] Ex Argent. mſ. & Col. Exemplo. 497. *Supremo*] mſ. & Col.

Peruigili cura ſupremum noſcere tempus,
Expectare diem, quo iudex imminet orbi,
Virginibus ſancto ſignatis chriſmate confert.
Hasq; decem nobis documenti in vertice monſtrat,
Quarum quinq; tamen ſapientia dites adornat,
Aſt alijs ſtolidum lentauit inertia ſenſum.
Sopitas pariter requies complectitur vna,
Atq; obitum ſignans depreſſit lumina ſomnus.
Tranſierat medium vix fortè quietis, & illud

Tempus

Tempus noctis erat, quo Christus carne recepta
Fregerat obstructas perrupto cardine leibi
Iam portas inferne tuas, spretoq3 sepulcro
Deuictus lata remeabat luce tenebris:
Perstrepuit subitus, rupitq3 silentia clamor:
Tandem sponsus adest, nocturno corpore torpor
Abscedat, sapida raptim properate puellæ.
Protinus exiliunt omnes.

511. Sed tunc] mſ. & Col.

Tunc sed quinq3, quibus cordi solertia maior,
Quamuis sestinent, oleum tamen addere sumtis
Solicitudo fuit vasis.

516. Incensos] mſ. & Col. *Sumens fumiferas* [Col. *Flammigeras*] *nec quicquam sustulit hastas.*

Emicat exig. 518. Languentem lampada] Ex Argentin. In Col. perperam eſt: lampade. In mſ. languentia corpora feruor Deſerit. *520. Mox inter*] mſ. & Col. Aty; inter piceos. *521. Crescentis*] mſ. creſcentes. *522. Ergò vt se*] mſ. & Colonienſ.

Vt sese indignas tali videre paratu,
Occurrant sponso quæ comimùs aduenienti:
Tarda mouet lentis pudibundum cura laborem.
Quæ prece submissa stultus dum precibus ornant,
Vt porrecta manus torpentes suscitet ignes,
Diuidat & proprium Sapientia pinguis oliuum:
Respondent pariter tali sermone sorores:
Est miseranda quidem, &c.

*Occurrunt.

* C. cum ſtultis vocibus.

535. Hoc] mſ. & Col. hic. *540. Pararint*] mſ. & Col. parabunt. *541. Pereant*] mſ. Tota ſimul feſsis torpeſcant lumina flammis. Col. torpeſcunt. *545. Induxit q3*] mſ. & Col.

Intro-

Introïit ſponſus thalamum, duxitq; paratas,
Atq; vagas linquens excluſit porta ſorores.
Cernis virginei pereat quòd nomen honoris,
Nî fertur ſanctus thalamis cœleſtibus ignis.

552. *Infunditur*] mſ. & Col.

vaſis diffunditur amplis,
Quantum poſcenti miſerans porrexit egeno.
Hinc Dominus palmis ardentes ferre lucernas
Ammonet: hoc opus eſt, hæc claræ gloria vitæ.

557. *Nec verò eſt quod iam timeas*] In mſ. & Col.

Suppetat ergò tibi pietas, patientia, virtus.
Sed virtus animi: fragiles nam carne puellas
Protulit interdum cœlo conſtantia mentis.
Eugeniæ dudum toto celeberrima mundo
Fama fuit, dum dat Chriſti pro nomine vitam:
Ante tamen mulier fortes proceſſit in actus,
Cum ſtipante choro ſanctorum fieret Abbas,
Atq; patrem complens, celaret regmine matrem.
Sed poſtquam ſancto cunctis perclaruit ore,
*Et meritis annisq; * graues, longaq; verendos* * C. grauis
Religione ſenes, iuuenali rexit in æuo:
Impatiens recti, toto qui tempore ſerpens
*Mille nocendi artes, * ſtimulosq; inflammat amoris,* * Al. ſtimulis.
** Quo famam violare cupit, dedit inde coronam.* * Lugd. Quò. C. Quod fam.
Commouet inſano quæ fingat amore puellæ
Accendi Eugeniam, motuq; ardere virili.
Turba ſenum turbata coit, quod crimine tanto
Tam rigidam nuper potuiſſet ſoluere vitam
Mens deiecta viri, viduataq; præſule ſummo,
Nîl non poſſe dolet titubans perfectio carnem.
Ducitur iſta foro iuuenis, ſæuumq; tribunal
Intrat adhuc Monachus: vincit concordia fraudis.

Et iam

Et iam iamq; reum secreti ignara tenebat, &c.

610. Inflammata] mſ. & Col. tantùm flammata.

612. Virgo innoxia] mſ. & Col.

Vincitur vt vincat iam prodens fœmina fraudem.
Quamuis exteriùs carnem compulſa fateri,
Interiore tamen ſeruato permanet heros.
Semper tuta fuit caſti cúſtodia voti,
Quamlibet impugnet, &c.

618. Intendatq;] mſ. & Col.

Extendatq; dolis laqueos, mendacia nectat.

619. Nec ſert] mſ. & Col. (nam:

Non venit ad pronam mens culpæ ignara ruinam
Quosq; fremens hoſtis fallaci tribulat aſtu,
Purgandos ſancto patientia diſcutit igni.
Vendiderat puerum, &c. tribus verſibus intermedijs planè omiſsis.

625. Puerum] Qui proximè ſequuntur verſus 185. à recentioribus ſubſtituti ſunt genuinis Alcimi verſibus, quos è mſ. A. & Col. aſſcribam:

Vendiderat quondam iuuenem manus æmula fratrũ,
Et famulum Ioſeph tellus Memphitis habebat.
Pertulit ille quidem dominam, cùm crimine falſo
Conuictus voluiſſe nefas, quod triſte refugit:
Suſtinuit toleráns ergaſtula, vincla, catenas,
Dum ſpaciũ replicans geminos Sol iungeret annos.
Oblitus iam lucis erat, iam crine fluenti
Nutritus macie tangebat terga capillus:
Sed vegetante Deo mens nullis clauſa tenebris
Præuidet arcanum, quicquid poſt exitus implet.
Deniq; producto certatim gloria fertur.
Non tantùm venia: & precibus tunc ipſe rogatur,
Vt diadema libens captiuo in vertice ſumat.

* Col. conſictus.
* mſ. ingerat.
* Col. fluente.
* mſ. vigitante.
* mſ. Nam tantùm.

Exili-

**
**
**

Exilium regno commutat, principe ſeruum:
Præmia ſeruati cordis ſic percipit iſte.
Suſannam poſt hunc dignus quis laudibus vnquam
Excolat? infirmis quondam quæ vicit in annis
Improba vota ſenum, coniuratosq; furores:
Primùm diſiuncto quos cepit cauſſa virorum
Conſilio, ſolusq; ſibi promiſit vterq;
Spem culpæ: ſed turpe calens in cordibus ignis
Conflauit mentem ſceleris fornace duorum.
Conueniunt: nam fortè die ſic contigit vna,
Abſceſſu ficto diuerſa vt parte redirent.
Inq; nemus venere ſimul: vulgata vicißim
Proditur alterno flagrans in corde voluptas.
Ilicet incautam fallentes fraude puellam
Appetiêre ſimul: poſcunt, conſentiat, antè
Dedecoris tantum moueat quàm fama rebellis,
Moxq; retorquendum facinus iam cedat in ipſam:
Confeßi ardorem, pariter mendacia produnt.
Anceps illa diu ſecum luctatur, & hærens
Fluctuat, incertæ quò vergat pondere mentis.
Lex peccare vetat, rurſusq; infamia terret.
Nunc iterum duros precibus mollire furores
Tentat, & obſcenas lacrymis reſtinguere flammas.
Sed poſtquam nullis precibus monituúe remotos,
Obſtrictosq; ſenes vicit cognata libido:
Fœmina præclaro mentem ſuccenſa pudore
Decreuit tum caſta mori, ne crimine tanto
Ambirent miſeram carnis commercia vitam.
Cœlum teſte vocat, famamq; recuſat inanem,
Iudicio contenta ſuo, cum conſcia corda
Commendat ſuperæ fidei, ſeruatq; futuris.
Maluit ille tamen ſecreti inſpector apertum

*Col. viri-tim.

*mſ. & C. rebelli.

*ml. & C. incedat.

* C. rurſumq;.

*C. Hinc.

* mſ. reſtringere.

*Teſte] i. e. pro teſte: niſi hoc malis Neutrum ἀέχ. ἢ σελοιποφανὲς.

*C. cordi.

Examen præstare loco, facinusq; reclusum
*Pandere, & * obtectas laqueis producere fraudes.*
*Spectabat * varijs commotam flatibus vrbem*
Iunior ille puer, pueris tribus ipse futurus
Pòst comes, vndanti quos iecit Parthica flammæ
Contemto imperio flammis feruentior ira.

(Col. *Pòst comes, vndanti quos iecit pertica flammæ.*
Contemto imperio flammis feruentior ira
Arsit, contrario &c. Ms. hîc nouam planè periodum inchoat: *Arsit contrario &c.*

Vtrunq; contra leges Prosodiæ, & Poëtarum autoritatem. Suspicor autem hoc mendum in manuscriptis, natum esse ex abbreuiationibus illo seculo vsitatissimis, cum in Prototypo fuerit: Arsit contra animo: quibus voculis in vnam coalescentibus, prodijt: contrario. Nisi statuamus, vt multa alia, ita hoc etiam in contextum carminis irrepsisse, è scholijs, aut glossis, quæ huiusmodi manuscripta singulis propè lineis interijciunt: cum in autore extiterit: Arsit & aduerso, vel simile quippiam.)

Arsit contra animo pariter crescente calore
Hinc furor, inde fides: sanctis dum mollior ignis
*Seruijt, & * tepido concluſit pruna rubore,*
Donec miratur cessare incendia Satraps.
[Col. *Donec miratus cessare incendia Satraps*
Iussit, & astantes famulorum copia cinxit.]
Hos meritis æquans Danielis proxima virtus,
Horrida frendentum compescuit ora leonum,
Dum priùs accensi stimulis famis atq; furoris,
Frenatoq; simul sternentes, corpora rictu,
Incolumem lambunt inter ieunia pastum.

* Col. obiectas.
* C. vanis.
* Col. trepido.

Consta-

Consumit tamen ipse cibos, quos vertice pendens
Angelica librante manu per inane citatus
Subiectas calcans immotis gressibus auras,
Intulit illatus fascis cum fasce Propheta.
Excepit Daniel transmissas desuper escas.
Fercula longinquis migrant feruentia terris,
Asseruantq; suos peregrina in sede sapores.
Hic ergò impubis Susannam fortè videbat
In tormenta rapi, veri quam nescius antè
Vulgus inauditam damnauerat, & simul omnes
Insontis sontem certabat cernere mortem:
Cum subitò in medium iuuenis se proripit agmen,
Accensum tenera castigans voce tumultum,
Cur tanto ex cœtu nullus rem iudicet, ac se
Liber ad iniustum clamat non currere lethum.
Protinus ad verbum pueri permota repressit
*Turba sequax * animos. iudex decernitur ipse,*
**Censitorq; senum, per quem via vera patescat.*
Consulit auulsos, quinam sit criminis ordo:
Sed dum discordans responsum præbet vterq;,
Coniunctum facinus disiuncta voce fatentur.
Tunc omnes pariter timor accipit, vndiq; clamor
*Tollitur, autores sceleris plebs obruit * omnes,*
Laudaturq; Deus, qui nunquam vota bonorum
Deserit, auxiliumq; suum pro tempore monstrat.
Et tamen is prior est, qui virginitate pudica
*Intactum * perfert vota ad cœlestia corpus.*
*Nam si * terrena nubentem lege puellam*
Asseruâsse toros, atq; vnum nôsse cubile
Mortali tantùm laudatur iudice cœtu:
Conijce, virgineis quantum disponitur illic,
Quò Christus vocat hinc, meritis, vbi sede superna

*Col. animas.
* mf. censatorq;.
*Col. omnis.
*Col. profert.
*Col. nubentem terrena lege.

Humanum in partes dirimet genus arbiter orbis,
*Agnos dextra leuans, lævos * consternit vt hœdos.*
Stabunt angelici mirantes facta bonorum
Laudantesq; Chori, cunctis commune patebit
Decursæ carnis meritum: fraus nulla tenebris
Abdere, vel notas poterit subducere culpas.
Illic nota tibi subsistens vita petatur,
Quà iustus sua dans dispensat præmia iudex.
Quondam succinctè quod dictum est ore magistri,
Dum viget officio famulans solertia Marthæ,
Attentamq; tenet verbi virtute sororem:
Cura cibo melior, pastu quæ digna perenni.
*Tunc * vacuas Domino depromens Martha querelas:*
O doctor, non cernis, ait, quòd sola paratu
Vexer, & hæc nullum confert germana leuamen?
Cui Christus sic fortè refert: Sunt plurima, quæ te
Obstrictam retinent, melior sed causa quietæ,
Lectaq; nec poterit Mariæ pars optima tolli.
Sic, germana, suis dum flagrant secula curis,
Electam seruare tibi non desine partem.
Te meruit primam cognatio tota patronam, &c.

* C. Contemnet.

* C. Quòd iustus suadens.

* Al. vanas.

* C. Sed ex abbreuiat. obscuriore.

v. 816. Te præeunte] mſ. & Col. vexillaq; Christi *Te portante libens sectatur.*

817. Donârit] mſ. & Col. donâſſet. *818. A primæuo*] mſ. & Col.

*Et titulis * monstret generoso semper ab ortu:*
Plus tamen ornauit diuinum insigne gerentes,
Ordine quòd proprio sanctas meruére cathedras.
*Non atauos tibimet iam nunc * patruosq; retexam.*
*Vita * sacerdotes quos reddidit inclyta claros.*

* C. monstrat.

* C. proauosq;.

* C. sacerdotis.

825. Virtute & meritis] mſ. & Col.

Cumq;

Cumq; tibi genitor vel auunculus vndiq; magni
*Post fasces placeant * populorum sumere fascem:*
Suscipe quos humiles patrum ad consortia fratres
*Officio simili nectens Ecclesia * vinxit.*
Pro quibus assiduas Christo persoluere grates,
Fundere vel fletus non tædeat.

* C. populārem.
* C. iunxit

833. Cateruæ] ms. A. & Colonienſe.
Virgineæ victrix sociabere lætacoronæ.

FINIS.

ALCIMI AVITI ARCHIEPISCOPI VIENNENSIS,

HOMILIA

DE FESTO ROGATIONVM, *& prima eius institutione.*

CVrrit quidem tramite vitali, non per Gallias modò, sed penè per orbem totum, Rogationis obseruantiæ flumen irriguum, & infectam vitijs terram, vberi fluxu annuæ satisfactionis expurgat. Peculiarior tamen nobis in hac * ipsa institutione festiuitatis & gaudij causa est: quia quod hoc modo ad vtilitatem cunctorum defluit, ex nostro primitùs fonte manauit, & fortè nunc pertineat ad cuiuscunq; priuilegij ornatum, sumtæ primitùs institutionis exordium. Cæterùm cùm ad huiusmodi vtilitatem, ineffabilis necessitas rigida Viennensium corda perdomuit: sentiens Ecclesia nostra causam ægritudinis suæ non sibi, quasi maximè præ omnibus, sed quasi soli ex omnibus, existimans esse opus, instituenda obseruationè præsenti, solicitùs captauit remedium, quàm primatum. Et quidem terrorum temporis illius causas, multos nostrûm adhuc recolere scio: siquidem incendia crebra, terræmotus assidui, nocturni sonitus,

* Al. hæc

nitus, cuidam totius vrbis funeri prodigiosum quiddam minitabantur: nam populosis hominum conuentibus, domestica syluestrium ferarum species obuersabatur: Deus viderit, an ludificans oculis, an adducta portentis. Quicquid tamen ex ijs duobus foret, perinde monstrosum intelligebatur: seu sic veraciter immania bestiarum corda mansuefieri, seu tàm horribiliter conspectibus territorum falsæ visionis phantasmata posse confingi. Inter hæc, diuersa vulgi sententia, dispariumque ordinum variæ opiniones: alij, quod sentiebant dissimulando, quæ fletui nolebant dare, casui dabant: alij spiritu salubriore abominabilia noua, congruis malorum proprietatis significationibus interpretabantur. Quis enim in crebris ignibus, ignes Sodomiticos non timeret? quis trementibus elementis, aut decidua culminum, aut disrupta terrarum imminere non crederet? quis videns (certè videre se putans) pauidos naturaliter ceruos, per angusta portarum, vsque ad fori lata penetrantes, non imminentem* solitudinis sententiam formidaret? Quid multis? tracta sunt hæc inter timores publicos, & rumores priuatos, vsque ad imminentem vigiliarum solennium noctem, qua celebrari festum Dominicæ Resurrectionis annua consuetudo poscebat: siquidem hanc omnes laborum opem, malorum finem, metuentium securitatem, animis communibus operiebantur. Affuit igitur nox illa venerabilis, quæ ad spem publicæ absolutionis votiuum

* Al. solicitudinis.

solenne patefecerat: sed mox illic multò vehementior strepitus, ictu flagelli grauiùs ferientis, intonuit: vtpote quem iam emensis gradibus superlatiuum, nihil sequi aliud, quàm gladius intelligeretur. Aedes namque publica, quam præcelso ciuitatis Viennensium vertici sublimitas, in immensum fastigiata protulerat, flammis terribilibus conflagrare crepusculo cœpit. Interpellatur itaque nuncio discriminis, iucunditas solennitatis: pleno timoribus populo, Ecclesia vacuatur. Omnes namque similem facultatibus vel domibus proprijs casum, de quadam præeminentis incendij arce, metuebant: perstitit tamen coram festiuis altaribus inuictus antistes, sanctus Mamertus, & calorem fidei suæ accendens, flumine lacrymarum permissam ignibus potestatem, incendio abscedente compescuit. Igitur desperatione deposita, reditur ad Ecclesiam, & restincta flammarum luce, clarescit luminum pulcritudo. Nec sanè vlteriùs trahitur arripiendo compunctionis medicamine mora: prædecessor namque meus, & spiritualis mihi à baptismo pater, sanctus Mamertus sacerdos, cui ante paucos annos, pater carnis meæ, accepto (sicut Deo visum est) sacerdotio, in tempore successit, totas in ea (quam suprà diximus) vigiliarum nocte, * concepit animæ rogationes, atque ibi cum Deo tacitus definiuit, quicquid hodie Psalmis ac precibus mundus inclamat. Reuoluta ergò solennitate Paschali, non iam quid, sed quando, aut quomodo fieri debeat,

Mamertus antistes Viennensis.

* Al. vigiliarum nocte, sancto Paschæ, concepit.

beat, secreta priùs collatione tractantur. Putabatur à quibusdam Viennensis Senatus, cuius tunc numerosis illustribus curia florebat, inuentis non posse adduci, cùm vix acquiescceret legitimis inclinari: sed pius ac solicitus pastor, sapientiæ salibus largus, mansuefaciendarum ouium priùs orando animum, quàm perorando molliuit auditum. Pandit igitur dispositionem, iudicij ordinem exponit: & viro tàm religiosi, quàm solertis ingenij parum fuit, si obedientibus propositum tantummodò institutionis promeret, nisi inter initia etiam vinculum consuetudinis assignaret. Inspirante igitur compunctorum cordibus Deo, auditur à cunctis, confirmatur, attollitur: eligitur tempori, triduum præsens, quod inter Ascensionis sacræ cultum diemque Dominicum, quasi quodam opportunitatis propriæ limbo, circumpositis solennitatibus, marginaretur. Explorante autem Episcopo feruorem inchoationis, & maximè verente, ne ob tardam populi sequacitatem, paucioribus eductis obseruatio ipsa confestim in sui nouitate reuilescceret: ad basilicam, quæ tunc mœnibus vicinior erat ciuitatis, orationem primæ processionis indicit. Itur celebri alacritate, copiosa multitudine, & maxima compunctione, vt re vera populi lacrymis laboribusque, breuis atque angusta processio videretur.

Vbi verò sanctus sacerdos, de minorum affectu maiorum indicia collegit, sequenti die institutum est, quo nunc primo, id est, crastino (si Dominus annuit) die laboraturi sumus. Se-

cutæ sunt, succiduo tempore, quædam Ecclesiæ Galliarum, rem tàm probabilis exempli: sic tamen, quòd hoc ipsum non apud omnes ijsdem diebus, quibus penes nos institutum fuerat, celebraretur. Nec porrò magni intererat, quod triduum eligeretur, dummodò Psalmorum officia lacrymarum functionem cernuis persoluerentur: tamen cum dilectione Rogationum, etiam sacerdotum crescente concordia, ad vnum tempus, id est, ad præsentes dies vniuersalis obseruantiæ cura concessit. Porrò autem eò attinuit ista præfari, vt seu recolentibus hæc, seu ignorantibus fortè retulimus: omnes tamen attendant, quòd Ecclesia, quæ misit alijs formam institutionis, multipliciter debitrix est ostendendæ alacritatis: & prima debet esse compunctionis officio, quæ in re tàm necessaria omnibus facta est mater exemplo. Vnde nunc imminere (si Deus annuit) Rogationum nostrarum operosissimam festiuitatem, non quasi nescientibus indicimus, sed quasi expectantibus commendamus. Quia licet non absque labore constet seruanda professionis ipsius consuetudo: delectat tamen asperitas medicaminis: in quo frequenter inueniri, probata est spes salu-
1.Ioh.1.8. tis: si dixerimus, inquam (sicut ait Apostolus) quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Etsi confiteri debemus assiduè, nos peccare: opus est confitendi officio, & humilitate pœnitendi, præsertim cum plebis adunatæ compunctio, sic ad incitamentum boni operis pos-

sit ap-

sit aptari, vt rebelles conuenientiùs erubescant, si cunctæ multitudini propriæ mentis solitudine contradicentes, peccata sua vel vitia cum populo flente non defleant. *Necessaria est igitur boni operis conspiratio*: sumit alter ex altero, aut de humilitate exemplum, aut in confessione solatium. Periculosiùs agitur singulare certamen, in quo vires altrinsecus experiri posse, paucorum est. At verò, *cùm contra hostem communem, multitudinis pugnat assensus: trahit etiam timidum militem, virtus aliena.* Robustis bellantibus, infirmitas deliteſcit: è quodam vnitatis suffragio, laus fit inualidis, in * exercitu fortium computari. Denique cùm victoria contigerit, omnibus acquiritur: & cùm paucorum dexteræ pugnauerint, omnium gloria triumphat. Hoc dico de infirmitate communi, quæ si se rogantibus non subtrahat, etiam cùm ipsa per se minùs fecerit, non tamen ad integrum fructu carebit. In illa glorioſa & admodum singulari historia Nineuitarum, contra exertum communotæ diuinitatis gladium, iuncta seniorum viribus, etiam ætas infantilis pugnare compulsa est: humani quoque mercedem & gratiam ieiunij, pecorum fames adauxit. Quin & ipsa irrationalis creatura, quæ offensam timere non potuit, quodammodò veniam postulauit: & quia homines, in morem animalium viuendo, peccauerant, rursus animalia sua quasi homines ieiunare cogebant. Propter hanc ergò discretionem, in Euangelio Dominus ait; Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsa-

« « « «

pulsate, & aperietur vobis. Petere enim docti est, quærere religiosi: petit sciens, quærit nescius. Cùm petis, vis accipere, quod intelligis: cùm quæris, adhuc conaris inuenire, quod petis: ideò qui iam superiores sunt, orando petant: qui infimi, laborando quærant. Porrò autem pulsare, commune est: nullus quippe obstructum aditum, vocibus pulsat: ad manus istud pertinet, & corporis actus est. Petat ergò scientia, quærat amor, pulset operatio, maximè in obseruatione præsenti. Festiuitas siquidem est, cuius iucunditas, tota est seria grauitas: cuius epulæ, lacrymæ sunt: cuius pastus, esuries est: cuius principium ex necessitate, perseuerantia in dilectione, actus in requie, requies in labore. Mecum enim tota ista obseruantia, confessio pœnitendi pro culpa sit, & rogandi pro venia. Enimuerò Euangelica lectio vtilitatem supplicationis
Mat. 8, 25 exposuit, dum in naui Dominum dormientem chorus discipulorum, sub tempestatis strepitu, trepidus suscitaret. Neq; porrò aliud fuit, in tanto repugnantium sibi inuicem fluctuum ventorumq; conflictu, sopitum profundiùs Dominum nostrum interrita quiete iacuisse, nisi vt ad eum, inter discrimina quæ patimur, timoris nostri caussa confugeret. Assiduò nos tempestas ista fatigat, impulsu terribili contra nos tonitruum seculi clamat: scintillantibus ad punctum radijs mundana commotio non illuminat, sed coruscat. Ecclesia est nauis, quæ nos per varios casus, velut inter marinos gurgites, ducit, dum res quidem

dem noſtras obtrectationum & blaſphemiarum ſtridor, quaſi laxata laterum compage, reuerberat: ſed puppim veritatis ſoliditate conſtructam, penetrare non poteſt, quod fatigat. Et quia promiſit noſter Dominus Eccleſiæ: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi: in naui quidem eſt, in qua ſumus: ſed metuere iam ipſe non poteſt, quod nos timemus. Poſt reſurrectionem enim aſcenſionemque ſuam, totus inter pericula noſtra requieſcit. Alienæ magis formidini opus eſt, vt qui ſecurus iacebat, euigilet. Clametur ergò vocibus ſupplicationis, & ſi ingrauante periculo, nec dum audit, pulſetur manibus largitatis, & dicatur ei: Exurge, quare obdormis Domine, oblitus inopiæ & tribulationis noſtræ? Dicturus eſt quidem expergefactus: Cur timidi eſtis, modicæ fidei? Reddat ſalutem, & increpet infirmitatem: *Etſi parua fides eſt, quia timemus ſeculum: tamen eſt aliquantula fides, ſi recurramus ad Dominum.* Non autem timeretur coram ipſo, ſi ipſe timeretur: ſed *minùs mens conſcia recti, maxima cauſſa trepidandi eſt*, in noſtra præcipuè vita, cui criminum continuatio, fit diſcriminum multitudo. Quocirca ſi non diximus Chriſto, Vigila nobiſcum: ſaltem dicamus, Euigila propter nos. Non rogauimus, ne diſcederet: Obtineamus, vt redeat: nec deſerat curſum nauigationis infirmæ, donec vento & mari ſilentium iubeat, & furor [illegible] inſanientis ſeculi fine celerrimo compeſcat: [illegible] in retribu-

Matth. 28. 20.

Pſal. 44. v. 23. 24. 25.

Matth. 8. 26.

Sap. 17. 11.

tione

Mat.8 26. tione iudicij tranquillitas magna, quia in hoc
Ioh.15.19. mundo esse non potest. Quia si de mundo esse-
tis: mundus quod suum erat, diligeret. Sed de-
uicto mundo, perueniatur ad supernam quietem:
vbi quoniam possibilitas pereundi aberit, nec
periculi caussa renascetur. Vbi semper nobis-
cum Dominus, semper cum illo, si dederit, nos
erimus: & qui hîc aliquoties negligentibus
dormit, illic perpetuò fruentibus,
sine fine vigilabit.

FINIS.

ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΟΥ ΜΑΡΓΟΥ ΝΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Κυθήρων Υ̓μνοι ἀνα-κρεόντιοι.

MAXIMI MAR-GVNII EPISCOPI CYTHERORVM Hymni Anacre-ontici.

benati a. 1602

Cum interpretatione Latina

CONRADI RITTERSHVSII.

AVGVSTÆ
Ex officina typographica Ioan. Prætorij.

ANNO S. N. MDCI.



ΚΟΡΡΑΔΟΣ ΟΡΙΤΤΕΡΣΟΥΣΙ-

ΟΣ ΔΑΒΙΔΗι ΤΩῖ ΕΣΧΕ-ΛΙΩι ἐῦ πράπειν.

Πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων ἔνεκα, λογιώτατε καὶ φίλτατέ μοι ἀνδρῶν Ἐχέλιε, ἐν τῷ παρωχημένῳ θέρει ἀσμασίως παρεγενόμην σοί τε καὶ ἄλλοις ἐν τῇ Αὐγούστῃ φίλοις, ὧν τὰ πρωτεῖα φέρει ἀνὴρ ἀξίᾳ διαπρέπων Μάρκος ὁ Βελσπρος, φιλοφρονητικῶς μάλα καὶ εὐνοϊκῶς

οὐχ ἥττον δημοσίως ἢ ἰδίᾳ παρ'
ὑμῶν ξενισθεὶς ὑμῖν τε ἡδέως συν-
διημερεύσας· μάλιστα δ' ἐμαυ-
τὸν εὐδαιμονίζω τῷ ξενίου, ᾧ πα-
ρέσχε δωρεήθην ὅτι καὶ δεῦρο ἐπανερ-
χόμενος, σοί τε χαίρειν φρά-
ζων. λέγω δηλονότι τοὺς τῷ θεο-
φιλεστάτῳ καὶ ἐλλογιμωτάτῳ
ἐπισκόπῳ Μαξίμῳ τῷ Μαρ-
νίῳ ἀναχρεοντείους ἱερωτάτους
ὕμνους, οἷς με ἐπὶ τούτῳ λιὶ σεμ-
νῶμαι ἐδωρήσω, ὥστε ῥωμαϊστὶ
μεταφράσεσι τῇ ἡμετέρᾳ φω-
δῇ ἐκτυπῶσαί τε καὶ ἐκδοῦναι.
αὐτὸ γὰρ τοῦτο οὐκ ἄκοντος ἔφης
γενήσεσθαι τοῦ ξυγγραφέως,
μᾶλλον δὲ καὶ περιχαρῶς ἀπο-
δεξό-

δεξόμηνον τὸν ἡμελέρον περὶ ταὐ-
τα πόνον, τήν τε φιλόθεον ασω-
δὴν φιλικῶς ἀσασόμηνον. Ἐξε-
τέλεσα τοίνυν, ὅσον θέν, ὅπερ
ὑπεσχόμην, αὐτῷ μὴ τῷ μέτρῳ,
ἀλλ' ὅσον δὲ (πολλοῦ γε καὶ δεῖ)
ἀλλὰ φοβοῦμαι μή πως πολὺ χεῖ
ρον μεταφράσας τύχω τὰς θειο-
τάτας καὶ εὐσεβεσάτας ὕμνους, ὧν
τὸ ὑψηλὸν καὶ πολύνοιαν καὶ τὸ
τέρεν εἰ ἐφικέσθη ἡ ἡμετέρα μελά-
φρασις ἀκ ἐδυνήθη, τί θαῦμα;
ἵνα γὰρ μὴ εἴπω τὸ σεμνὸν καὶ
θεοπρεπὲς καὶ κόσμιον τῆς λέξε-
ως, ᾧ κεχρῆσθαι σύνηθες τῷ
Μαργουνίῳ, ἀνδρὶ τῶν νῦν ἑλλή-
νων, ὧν ὅιδαμεν, σοφωτάτῳ, εἴτε

πεζόν τι εἴτε καὶ ἔμμελες ξυγγραφόν τι, τίς ἂν οἶδεν, ὅσον μεταξὺ τῶν γλωσσῶν ἑλληνικῆς τε καὶ ῥωμαϊκῆς, καὶ ὡς ταύτῃ ἀνέφικτός ἐστιν ἐκείνης ἡ δεξιότης, τό, τε πολυσρεφὲς καὶ πολύμορφον; Ἀλλ' ἔσω δὴ ὅπερ καὶ ἔστιν ἡμέτερα φράσαι ἥδε, ἂν ἀσαφὴς ἧ οἶδ' ὅτι δόξει σοί τε καὶ ἄλλοις, ὀδ' ἄκυρος πάνυ. διὰ ταῦδῆς γὰρ εἶχον ὀδὲν ἀλλότριον ἐπεισφέρειν τοῖς τῦ Μαργυνίου νοήμασιν, ἀλλὰ τὸν νοῦν τῦ πρωτοτύπου πιστῶς ἐναπομάξαντι τῷ ἐκτυπώματι. Εἰκότως ἄρα καὶ ἐυλόγως σοὶ ἀνδιδωρῦμαι τοὺς δὲ τὺς ὕμνυς. οἷς τόγε ἐπ' ἐμοὶ,

ἓυ

ξυποιῶν συζεύξειεν ἂν τις τὸ αὐ-
τῷ κόμμα τοῦ, ὡς ἔπος εἰπεῖν,
ποιημάτων ἐν ἁγίοις Κλήμη-
τος τοῦ Ἀλεξανδρέως, καὶ Γρηγο-
ρίου τοῦ Θεολόγου, καὶ Σωσσίου· ὧν
ἐφαμίλλῳ γενομένῳ καὶ τῷ ἡμε-
τέρῳ μέλει αἰεὶ ἀοιδῷ ὑμνεῖν ἀ-
θανάτους, ὑμνεῖν ἀγαθῶν κλέα
ἀνδρῶν, βαθεῖαν ἄλοχα διὰ
φρενὸς καρπωμένῳ, ἐξ ἧς τὰ
σεμνὰ βλασταίνει νοήματα. Δέο-
μαι δέ σου καὶ τοῦτο, ἵνα τῆς εἰς
ἡμᾶς εὐνοίας τοῦ ἐπισκόπου ἀξι-
ώσῃς γενέσθαι παραιτοῦ, ὃν γε-
ραίρω καὶ σέβομαι τῷ ἐμῷ θυμῷ
ἐν τοῖς μάλιστα, καὶ περὶ πλείστου
ποιοῦμαι τὸ γνώσεσθαι αὐτῷ γεγο

νέναι. οἶδα δὲ καὶ τὸ τοῦ Θεοφρά-
στου, ὅτι αἱ κοιναὶ τῶν φίλων,
αὐτοὺς γε μᾶλλον τοὺς φίλους
ἐποίησεν εἶναι κοινούς. ἔρρωσο.

ΜΑΞΙΜΟΣ Ο ΜΑΡ-
ΓΟΥΝΙΟΣ, ΤΑΠΕΙΝΟΣ ΚΥ-
ϑήρων ἐπίσκοπος, Κορράδῳ τῷ Ριτ-
τερσχύσιῳ, σοφωτάτῳ ἀνδρὶ,
εὖ πράττειν.

Καὶ τὸ σοὶ ἐμέ σε οὐκ ἀγεννὲς, καί μοι τὰ μέγιστα κεχαρισμένον φίλτρον, σοφώτατε Ριτπερσχύσιε, καὶ τὸ κόσμιόν σε τῶν ἠθῶν, ναὶ δὴ καὶ τὸ σοὶ τὰ καλὰ τῶν μαθημάτων γενναῖον, ἐκ τῆς γενομένης σοὶ πρὸς φωνητικῆς ἐπιστολῆς τῶν ἡμετέρων Ἀναχρεοντείων ὕμνων πρὸς τὸν κοινὸν νῷν φίλον τὸν σοφώτατον Εὐχέλιον, καὶ μάλιστα ἐξ ὄνυχος φασὶν ἐπέγνων τὸν λέοντα. ἀνθ' ὧν ὅτοιγε σμικρολόγως, οὐδὲ μὴν ψυχρῶς ἀντεξισοῦν τὰ παρ' ἐμοῦ τοῖς σοῖς, ὅζά γε εἰς χάριν ἀγάπης ἀνήκει εἰλικρινοῦς, εὖ ἴσθι διεγερθήσομαι, εἰ μόνον αὐτὸς εἴης, καὶ τάχιστα χαριζόμενος, ὁ τὰς ἀφορμάς μοι παρέχων τῆς τοιαύτης ὁρμῆς καὶ τοῖς ἔξωθεν ἐπιτάγμασι. χαίρω γὰρ ἐγὼ οὐδὲν ἧττον ἀναπώμενος παρὰ τοιούτων σοφῶν ἀνδρῶν,

ἢ τὰ ῥωμαϊκὰ σοφιζαπόμην. Περὶ δὲ
τῶν σωιλεγμένων ἡμῖν ὡς ἐν παρέργῳ ἀνα-
κρεοντείων ἀκριβὲς εἰς τὴν τῶν Λατίνων με-
ταφράσεως, τοῦτο μόνον ἐρῶ, ὅτι μεῖζον
ἐναπέθηκέ μοι τῇ ψυχῇ τὸ τοῦ σοῦ σε ἔρω-
τος κέντρον, ἅτε δὴ εἰκὸς τεθηπότος πά-
νυ τὰ σά. ὅτῳ παρομαρτεῖς κατ' ἴχνη
τοῖς οἷς ἐγὼ ἐν ἐκείνοις διανενόημαι, καὶ τοι-
αύτῃ τῶν λέξεων εὐφραδείᾳ ἅμα καὶ οἰκειό-
τητι, ὡς μικρὸν κινδυνεύειν δόξαι τισὶ, μὴ με-
ταφέρασιν, ἀλλ' αὐτουργίαν τινὰ, ἵν' ὅτως ἔπω,
γενέσθαι τὰ σά. Ταῦτά σοι παρ' ἡμῶν βρα-
χέα τε καὶ αὐτοσχέδια, οἷα δὴ σοφοίμι' ἂν
ἐκ τῆς σοῦ σε ἡμετέρας σοργῆς, σπλείοσι καὶ
αντλουμένων τόγε νῦν εἶναι φρονήσιν· ἐπὶ σχο-
λῆς δὲ, καὶ τοῦτο σὺν θεῷ, μετ' ὀλίγον καὶ μα-
κρότερα. σὺ δ' ἐν τῷ μεταξὺ ἑκάτερον μοι
ὑγιαίνοις τὸν ἄνθρωπον, καὶ φιλοίης ἀνθ' φι-
λοῦντά σε παμέγιστα. Ἐνετίνθην, ἀ χ' ἕτε
τῆς ἐνζάρκου οἰκονομίας, Μαρτίου ε' ἱσαμένου;

Τοῦ

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν
ἄλλη ἐπιστολή.

Πολύμοι τῷ πρός σε φίλτρῳ τὸ αἴτιον ἐγγίνεται, Κόρραδε λογιώτατε καὶ σοφώτατε, καὶ ὅτι σοφῷ ἀνδρὸς φθάνομαι προτροπῇ, κὴ ὅτι φιλέλληνος, κὴ ὅτι (οὐδὲν γὰρ κωλύει τοῖς σοῖς χρήσασθαι ῥήμασι) φιλομαργουνίᾳ, ὥστε με παραλαῦσαι ἀπηρτῆσθαί σου τῆς ψυχῆς, κὴ σφοδρὸν ἀνάπτειν τὸν ἔρωτα, καὶ λυσαπροσπάσως ἔχειν σου τῆς τε μνήμης, καὶ τῆς περὶ ἐμὲ τηλικαύτης εὐνοίας. κἂν ἀνεπτερώθην πολλάκις πρὸς σέ, ἐξ οὗ τὰ χρυσᾶ σου ἀνὰ χεῖρας ἔλαβον γεγράμματα, κἂν ἐξεβιασάμην κὴ τὴν φύσιν αὐτὴν, κή τοιγε τοῦτ' αὐτὸ ἀργὴν ἦσαν, κὴ πρὸς πᾶν ὅ,τι χρηστὸν ψυχρὰν ὅτι μάλιστα, εἰ μὴ ἔνθεν κἀκεῖθεν ἐπάλληλοί τε φροντίδες, καὶ νόσοι ἀπροσδόκητοι περιήντλουν μου τὴν ψυχήν. ἀλλὰ γὰρ ἵνα μὴ πάντῃ ἀχαριστίαν ὀφλήσω, ἰδού σοι τὰ μικρὰ ταῦτα κἀκάλλη, αὐτοσχέδια πέμψαι προῃρήμην, ὥσπερ ἀπαρχάς τινας τῆς μεταξὺ ἡμῶν συνῃσαμένης φιλίας, ἧς ἐγὼ τὸν σοφώτατον, κἀμοὶ ἐν τοῖς μάλιστα ἀοίδιμον Εσχέλιον παραίτιον τίθεμαι· προσείρηθον δὴ κὴ ἄμφω παρ' ἐμοῦ· κἀκεῖνος μὲν ἀντὶ τῆς τηλικαύτης χάριτος τάς οἱ προσηκούσας ἀποίσεται ἀντεκτίσεις ἐκ τῶν ἐνόντων ἡμῖν· σὺ δὲ μὴ κατοκνοίης καὶ ἐπισέλλειν ἡμῖν,

ἡμῖν, καὶ προστάτην τὰ πρὸς τῆς ἡμετέρας δυνάμεως. καὶ γὰρ ἔξεστι παρ' ἡμῶν, εἰ καὶ μὴ τὰ τῇ σῇ ἐπιφειλόμενα μεγαλοπρεπείᾳ, καὶ εἰλικρινεῖ περὶ ἡμᾶς εὐνοίᾳ, τὰ γοῦν ἡμῖν δυνατά. πετῶντι γράφω καλάμῳ· μετ' ὀλίγον δὲ καὶ εὐκαιροτέρας λαβόμενος ἀφορμῆς, καὶ μακροτέροις τοῖς πρὸς σὲ χρήσομαι γράμμασιν. ὃν δὲ τῷ μεταξὺ ἕκάτερον τὸν ἄνθρωπον ὑγιαίνοις μοι, καὶ τῷ σοφωτάτῳ Μάρκον τε Βέλσερον καὶ τὸν ἡμέτερον Εσχέλιον ὡς παρ' ἐμοῦ πρόσειπε. Ερρωσο, ἀνυγρὸς ἐν φθίνοντι κατὰ τὸ φῶς ἢ δ' ἔτος σωτήριον.

IN

IN LATINAM INTERPRETATIONEM HYMNORUM Græcorum MAXIMI MARGVNII, Episcopi Cytherorum, quos eodem metro exposuit V. Clarisſ. CONRADVS RITTERSHVSIVS Celeberrimæ Academiæ Altorfianæ Anteceſſor.

ARgolico cecinit verſu quos Maximus (hymnos,
Præſes Cytherûm Eccleſiæ Margunius:
Hos Latiæ recinit felici imitamine Muſæ,
Altorfianæ fama, Rittershuſius, (tri
Non minor ipſe, ſchola: Teii ceu carmine me-
Vterq; certant: ſed pari non commodant
His illisq; bono: Graiæ commercia linguæ
Anguſtiore quòd premantur limite,
Auſoniæ totum communio permeet orbem,
Quo lumen vſq; publicum Sol porrigit.
Multa vtriq; tamen debetur gratia, multus
Quòd vtriuſq; Chriſtus eſt in verſibus:
Cuius ab afflatu diuino flaminis, ambo
Has texuêre maximi laudes DEI.

GREGORIVS BERSMANVS.

IN

IN ANACREONTICA

MARGVNIANA à CLARIS. CONRADO RITTERSHVSIO numeris Latinis expreſſa.

QVI olim lyra Bathyllum
Cecinit poëta, nullum à
Se barbiti æmulum vſque
Inuenit. Vnus iſte
Pro Teio ſene æuo
Donec datus Cytherûm
Antiſtes, ecce (dicam?)
Doctiſſimus Pelaſgûm.
Veſtigia huius at tu,
CONRADE, dum premis ſat
Feliciter, mereris
Opinione noſtra
Et omnium bonorum, &
Anacreontis (vrna
Siquidem rediret) omnem
Laudemque gloriamque
Cultiſſimi poëtæ
Latino-Teutonis: quod
Præſens ad vſque tempus
Videtur afuiſſe
Secli beatitati.

Georgius Remus IC.

IN HYMNOS MAXIMI MARGVNII EPISCOPI à V.CL. CONRADO RITTERSHVSIO IC. è Græco in Latinum eodem metro conuersos IAMBI TRAGICI

MICHAELIS VIRDVNGI Franci P. C.

OTER beatum, qui refracto carcere
Noctis tremendæ, qui trucig̃ cõpede
Scelerum ſolutus, purus in polum emicat!
Hunc concitatum pectoris dio impetu,
Et cor beata ſauciatum cuſpide
Radij coruſco cum mucrone igniuerit
Cæleſtis ille lucis immenſæ vigor,
Cælo ſupinas mente cum caſta manus
Tunc ille tollens penetrat alta nubium,
Et feruidis irrumpit aſtra gemitibus,
Ipſum IEHOVAM *precib. aduertens pijs.*
Hoc ent beatus te docebit HELIAS;
Qui ſiccitatem rebus emorientibus
Hac impetrauit arte, & hacce depulit.
Totum flagrabat Sirio triennium,
Omnemg̃ Samariã ignea hauribat ſitis:
Nuſquã humor alto viſcera ægra incẽdio

Pre-

Præſens leuare, cuncta ſquallore horrida
Findebat æſtus arua: aratro ſaucia
Tenuem necabat terra agreſtum ſpeculã,
Necabat ipſos vix, anhelantes ſiti,
Ægrum trahentes ſpiritum, fame aridos.
Hîc propitiatus enthea HELIÆ *prece*
Orbis Monarcha, protinus vento imperat,
Ventoq́ pluuiæq́: ecce iam raucum minans
Hiems ꝑpinquat, clauſtraq́ Æoliæ tonãnt:
Phrenetica omnis iamq́ ſe erupit cohors,
Noctẽq́ glomerans horridã, et ſpiſſas agens
Præ ſe tenebras: Iamq́ repleto aëre
Præcipitat imber, pluuia largiflua cadit.
Sic res refectæ, arente moribundæ ſiti
Nam quid periſſe deuoratos impios
Vltrice flamma? quid ve turbine igneo
Raptũ Prophetã? qd Prophetæ ve æmulum
Vi duplicata concaleſcentem loquar?
Ardentis hæcce pectoris potentia eſt!
Hoc vota poſſunt, hocq́ ſpirantes preces,
Cum ſupera virtus noſmet inflãmauerit.
O ergo gaza, preces, inæſtimabilis!
O & vice in quacunq́ præſidium vnicum!
Teq́ ò beatum, ter beatum ter proba

Hac,

Hac, Rittershusi, mente & integerrima,
Quam labe purâ, fraudis atq; atræ insciâ,
Sancti paratam Flaminis consortio,
Hymnis sacratis Maximi Margunij
Antistitis sequax pij, in cœlum leuas!
O Christianæ mentis ardor efficax,
Dubitare noli, quicquid æternum Patrem
Nati cruore ablute, tum meritis pijs,
Votis rogaris, nixe, suspirantibus,
Hoc impetrato mox pius lætabere.

DE HYMNIS MARGVNI RITTERSHVSIANIS.

Res, verba, & numeros trutinavi:
(dicere cogor;
Apti sunt numeri, res pia, verba
(placent.

Huldrichus Buchnerus, P. L.

Ὕ Μ Ν Ο Σ ά.

Εὐχαριστήριος καὶ ἱκετήριος πρὸς θεόν.

Λιμῶν μετλήμον' ἔσχε
πάλαι φυτῶν ἀρίστων.
ἦμος θεὸς μεγίστα
ὑπ' ἀφράστῳ πρόνοίᾳ
ἔρωτί τ' ἰσομοίρῳ
φῶς τοῦτ' ἐγὼ κατεῖδον,
πλαθεὶς χοὸς χερσί,
καὶ πνεῦμα προσλαβών τε,
γαίης μέσον πόλα τὲ
ζῶον καθες ὡς ὅι μοι,
λάμπον θεὸς μεγάλα
τῆς εἰκόνος μεθέξει.
ὅφις δ' ὁ παγκάκις
φθόνῳ σφοδρῷ ὑφέρπων,
ὀλεθρίῃσι βλαῖς,
ἀπαγσίοις τε φήμαις,
δεινῶς ψιθυρίζας μοι,
ἐξηπάτησεν ὅι μοι,
καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἔξω
ὥσεν καλῆς πρυφῆς με,

HYM-

HYMNVS I.

Qui est Gratiarum actio & supplicatio ad Deum.

HOrtus me habebat olim
Plantis scatens & herbis
Pulcerrimis, Dei cum
Per prouidentiam almam
Et nemini explicandam,
Paremq; nostri amorem,
Vitale lumen hausi,
Limo creatus, atque
Anima insuper beatus,
Terram inter atq; cœlum
Animal, Deiqúe magni
Imaginis refulgens
Communicatione.
Malignus ille verò
Serpens dolis subintrans,
Tantum bonum inuidensq;,
Suggestione praua
Et nox ijs susurris
Calumniando mentem
Decepit (heu) meam, & me
Beatitate prisca
Priuauit expulit qúe:

ἐξ ὀρχάτων τε πατρὸς,
ὧν θῆκε, Φεῦ, γεωργὸν,
πάμπαν με ὀρφανίζων.
οἰκτρὸν δ' ἔην θέαμα
νόων σεπτῇ χορείῃ.
ἐπεί γ' ἦ τραῦμα τὸ μὸν
ἰατρὸν ἀχ ὑπέσχη,
πολάσης ὁ παντεχνήμων
σπολάγχνοις ἰδιῶν με θερμοῖς.
ξένως κατῆλθε πρός με,
ἀνθρωπόμορφον ἀγνῶς
λαβὼν ἀπειρολέκτρου
γέννησιν ἐκ Μαρίης.
ὅτω δέ γ' ἐκσαώζει
ἀφαρπάζας πονηρᾶς
δρακοντίης χερός με,
ἀφαρπάζας μόρου τε,
εἰμαρτὸς ὅς ῥ' ἔμοιγε;
σοφισμάτων θεοῖο
ἄβαλ' ἀπεκπεσόντα,
δι' ἃ ἑὸν παρέσχε
πικρῷ δέμας μόρῳ γε.

Deiq́ patris hortis,
Quibus ipſe me excolendis
Præfecerat, me abegit.
Spectaculum eram miſellum
Ego mentibus beatis.
Cum vulneri huic atroci
Medela nulla adeſſet:
Rerum omnium creator
Miſeratione ductus
Ad me noua arte venit,
Regni poli relicto,
Hominumq́ more naſci
Dignatus eſt puellâ
Tactus rudi virilis.
Ita aſſerit Draconis
Raptum me ab ore vaſti:
Ereptum ab ore Mortis
Mihi debitæ & ferendæ,
Mandata qui ſuprema
Temerarius reliqui.
Hac gratia ille ſeſe
Leto dedit vorandum,
Leto truci atq́ acerbo.

σωέθλασε ἢ τέτυ
κάρηνον ὑλάτεσιν
ῥείθρων Ἰορδανείων·
ἁμαρτάδων ἐμῶν τε
ἀχημοσύνην ἔνθα
ἐμβαπτίζας σκοτώδη·
ἀναιδὲς ὃς δ' ἐσαῦθις
ἀραῖον ἐνσαλεύων,
ἐμὸν νόον ταράπτῃ,
κινήμασι κραδαίνων
ἐς βόθρον ἐκφέρῃσι.
πειρῶν δ' ὑποσκελίζῃν
τρίβος ἐμῆς πορείης.
ὁἱσρηλατεῖ δ' ἀνάγνως
ἵππων βίην ἀτάκτων
παλιμβόλως φέρῃζαν.
ὀργᾶν κινῶν ἐς αἰσχη
ἀτάσθαλα φρένας μυ,
πάθη τε θυμόλεθρα.
πίσῃν ἐρεμπόν τε
ἱππηλάτην βιάζων,
ὃς ἡνίας διοικεῖ.

Caput ſed eius vndis
Iordanij fluenti
Contriuit & refregit.
Hîc ille fœditatem,
Hîc crimen omne lauit,
Purâqúe terſit vndâ.
At hoſtis impudenter
Stimulo ſuo moleſtus
Mihi irruit, laceſſens
Mentem meam atque turbans,
Vt præcipitem endo foſſam
Protrudat atque perdat.
Subuertere ille tentat
Pedes mihi ambulanti.
Ille impudente equûm vim
Ferocem adurget æſtro:
Vt inordinata pergat,
Percellit ille mentem,
In probra vt ipſa vergat.
Seſeqúe perdat illis.
Huc vi ille tendit omni,
Vt, frema qui gubernat
Auriga, humum feratur.

πυρσὸν μέγαν δ' ἀνάπτῃ
ἐκ πυρφόρων βελέμνων,
ἄ μοι φλέγῃ κακόφρων,
ἐντόσθιον σκαλεύων
πῦρ μοι ὁ ἐμωσέφυρται.
σὺ δ' ἀλλ' ἐμοὶ περίζοις
σὴν χεῖρα, λαοσσῶσα,
περόρριζον ἐκτέμνυσαν
δόλυς πικρὸς Βελίαρ.
σήσας πάλαι σὺ ῥεῖθρον
ἀνασφὲν τάχισα
παλιαστύτῳ πορείῃ,
ἔργον ξένον τελέσας.
ἐξήφανας θαλάσσης
πολύῤῥοον σὺ χεῦμα,
πεζὸν διεκβιβάζων
λαὸν σὸν Ἰσραῆλον,
εἶπας δὲ, καὶ τὰ πάντα
λόγῳ πεῷ παρήχθη.
ἅρμα φλογὸς δ' ἐπέσχες
παχυδρόμῳ γίγαντι,
φασεσφόρῳ μεγίστῳ.

Magnam

Magnam deinde flammam
Suis struit sagittis
Ignita tela vibrans
Malignus ille, & ignem
Mihi insitum excitando.
At tu, benigne Iesu,
Mihi, quæso, porge dextram,
Qua stirpitus Beliæ
Dolus omnis eruatur.
Quondam fluenta retrò
Conuersa stare iusti,
Nouosq; inire cursus,
Miraculosa patrans.
Siccans maris profundum,
Mirus sequester vndæ,
Populum tuum pedestrem
Transire præstitisti.
Verbum ipse protulisti:
Producta cuncta Verbo
Tuo extitêre nutu.
Currum igneum Gigantis
Celerrimi stitisti,
Qui lucis auctor audit.

ἤμειψας ἐπαμέτρου
ποδὸς τριῶν χαμίνου
φλόγ' ἐς δρόσον βαθεῖαν.
ἄσωτον ἠλέγξας·
πόρνης ἔλυσας ἄμμα
κακενδέτων ἐρώτων,
θερμὸν δακρυρροούσης.
σῆσας χ' ἁμαρτούσης,
σὺ κραταιτέλῳ πεφασάγκει
ἀείρροον φορυκτόν.
ἤγειρας ἐκ νεκρῶντος
χ' παῖδα Ἰαείρου,
πάλιν πνέοντα θῆκας.
λεπρὸς ἦ ἐκκάθηρας,
τυφλοῖς τ' ἔδωκας ὄψιν.
κοὐ πνεῦμα ἐξέωσας
κύρης σιδωνιαίας.
κλίνην ἐπῆρεν ἄλγος,
λύσιν μελῶν ἀθροίσας,

Tu ſeptupli Camini
Flammam, tribus vorandis
Puerisqúe deſtinatam
In rorem abire largum
Nutu tuo imperaſti.
Tu prodigi miſertus:
Meretriciorum amorum
Infauſta vincla ſcorto
Amara lacrumanti
Clementer exuiſti:
Cruoris ipſe fœdum
Tu fimbriæ ſtitiſti
Tactu perenne flumen:
Tu filiam Iairi
Ab inferis retractam,
Vitalibus reductam
Auris, reſuſcitaſti.
Mundaſſe te leproſos,
Viſum dediſſe cœcis
Accepimus: malignum
Te ſpiritum expuliſſe
Sidoniâ è puellâ.
Alius ſuum ipſe ſtratum,
Membris priús ſolutus,
Portauit integer iam.

καὶ συγκύφασαν ὀρθοῖς,
κὴ δαίμονας διώκας.
καὶ πενθερᾶς δὲ πέρσω
ἀφῆ χερὸς σὺ παύσας
θερμασίην φλογώδη.
πολεῖω δ' ἕρεξας ἄλλα,
ἀριθμὸν ὅσα φέυγει.
τί θαῦμα, εἰ κ' ἐμοῖο
ψύξῃς φλογὸς πυρῆα,
ἀεννάῳ κρατῆρι
δρόσον τὴν σαλάξας
ἐμοῖς ἐπ' ἀνθράκεσιν;
ἣν μοι φέροις σαώτηρ
πᾶσαν σύγ' ἐς βιωτὴν,
ὅπως τὴν ὑμνήσω
ἄκραντα χρηστότητα
πατρός τε καὶ σωτῆρος σῆς.

Recte

Rectè ambulare curuam
Facis, & repellis, hoſtes
Tibi, Spiritus malignos.
Tactu manus febrilem
Flammam à ſocru Petrina,
Medice optime, abſtuliſti.
Et plura adhuc patraſti his,
Numero illiganda nunquam.
Quid miri erit, ſi & ipſum
Me liberaris æſtu
Flammante, mîque grati
Æterna pocla roris
Infuderis, rigando,
Refrigerando prunas,
Quæ me coquunt & vrunt.
Hunc tute, quæſo, præbe
Vitam per vniuerſam.
Indeſinenter vt mî
Tua finienda nunquam,
Patris qúe Spiritus qúe,
Bonitas canatur hymno.

Τοῦ

Τοῦ αὐτοῦ πολεμικὸς ἐπὶ ψυχικοῖς πάθεσιν εὐκλήρικος πρὸς θεὸν, λεύτερος.

Πάλιν κελαινεφὴς, φεῦ,
ὄρφνη πικρὸν τυράννοις
ἐνηλάλμασιν μ' ἀνάγνοις
θολοῖ τε, κ' ἐταίνῳ
τόξα σφοδρῶν βελέμνων.
ὅπως μόρον γ' ἐπάξῃ
ψυχῇ ἐμῇ βαπεινῇ,
ψυχῇ θεοῖο μοίρᾳ.
θλίβει δέ μου κραδαιῶς
καὶ παλάγχνα καὶ τὸ ἦτορ.
σὺ δ' ὁ σκότος σκεδάζων
σελασφόροις βολίσιν,
ἄναξ πατρὸς μεγίστου
φῶς ἄφθιτον, κ' ἄημα
ἀμφοῖν ἀεὶ ὁμοῖον,
μονὰς, τριάς τε δ' αὖθις

HYM-

HYMNVS II.

Deo ſupplicans, cum auctor animi perturbationibus infeſtaretur.

NOX horrida, ecce, rurſus
Negotium faceſſit
Mihi nigricansq́; nimbus:
Duriſſimi Tyranni
Obiecta viſa ab aſtu
Impura me inquietant:
In meq́; tendit arcum,
Acuta tela vibrans,
Animæ vt parare mortem
Poſſit meæ, Dei quæ
Spiraculum eſt ab ore,
Superæq́; portio auræ.
Valdè ille viſcera atque
Cor torquet, angit, vrit.
At tu, ſerenitate
Lucis fugans tenebras,
Rex, Patre nate ſummo,
Æterna lux, vtriſque
Deitate parq́ue Flatus,
Monas ſimul Triasq́ue,

ὑμνω-

ὑμνομιλήη ἀφράσως
θεὸς ξένως πέλων εἷς,
ὁ λάμψας ἐν σκοτεινῇ
καλασάσθμένοισι·
θερσῦσον βέλεμνα πικρὰ·
λῦσον νέφη σκοτώδες·
λάμψον δέ μοι τὸν φῶς,
τύτθ με ἐκσαώζον.
στρέψον δ' ἐπ' αὐτὸν ὅπλα,
σῆς παν θενθῆς φαρέτρης,
βάλλων ἐ σοῖς ὀϊστοῖς
πομωτέροις μαχαίρας·
καὶ πέμπε ἐς ζοφώδη
χῶρον, τὸν ἔσχεν αἰνῇ
παλαιτάτῃ ἀνοίῃ.
νοήμασιν ϑ' θείοις
αὐγαῖς τε σῶν ἐρώτων
ἀναπλέρα ἐμὸν νοῦν
καὶ νύκλα χ' καὶ ἦμαρ.

Cele-

Celebrata ſemper hymnis,
Vnus ſimulqúe trinus
Deus, modo ſtupendo:
Qui lumen in tenebris
Sedentibus refulſti:
Tu ſpicula acerba frange:
Nubem hanc tenebricoſam
Tu diſcute atq; pelle:
Lumen tuum mihi infer,
Malisqúe me aſſere ex his.
Conuertéque arma in ipſum
Pharetra è tua potente,
Feriens eum ſagittis
Penetrantibus mage enſe.
Detrude eum in tenebras,
Quà ſempiternus horror
Ipſum recepit olim
Væcordia cadentem.
Mens noſtra ſed leuetur
Alis librata ſurſum:
Et ſemper incaleſcat
Radijs tuorum amorum,
Pijsq; cogitatis,
Tam nocte quàm die almâ.

ἄλγ' ὃ δέ μευ δολόφρων
ἔμπαιξεν ὃ κρυφηδὸν
μεσαυτάτοισιν ἄρθροις,
τήκε δέ με φοφάζον,
ὑπεῖκον δ' ἐνώσᾳ,
δ' δὲ χρόνων ἐλιγμοῖς,
ἔτ' αὖ λόγων ἐπωδαῖς,
δ' καρδίας ἐναγμοῖς,
δ' δακρύων κενώσᾳ,
ἰατρὸς ὢν σὺ μεῖνον,
εἰ τεῦτό σοι θελητόν.
(τί γὰρ σοφῇ φρενόϊη
παυδερκὲς ὄμμ' ἐχούσῃ,
ἔργον μένει ἄοπτον,
μᾶλλον δὲ νᾶ κίνημα;
τίς οἶδεν, εἰ φυσώδη
ὄγκον χαλᾷς ἀτάκτῳ
ὁρμήματι νόοιο,
ἐχθίσταλον πλερόν τι,
παχύδρομόν τ' ὄλισθον.

At hunc meum dolorem
Quem in intimas medullas
Furtim vaferriméque
Infixit ille, qui me
Torquet, miſerrimaq́
Liquare tabe tentat:
(Non carmen audit ille,
Non temporum ille lapſu
Miteſcit, aut medelâ,
Suſpirijs ve cordis,
Non lacrumis profuſis:)
Tu vnus meum hunc dolorem,
Si vis, potes mederi.
(Num quid ſacræ Pronææ
Oculos, per vniuerſum hoc
Tenſos, queat latere,
Factó ve perpetratum,
Animó ve cogitatum?
Fortaſſe, faſtuoſum
Animi vt premas tumorem
Vergentem inordinatè,
Odium & ſibi lucrantem,
Ac proximum ruinæ,
Hoc me afficis dolore.

τίς ὄιδ'εν, εἰ κράτ@ σὸν
πληροῖς ἐπ' ἀθενείᾳ;)
εἰ τᾧτό σοι θελητὸν,
παίων καλὸς φανείς μοι
ψυχᾶς ἐμῆς ἀείρας,
ἐυχᾶς ἐμῆς ἀείρας.
ἔργων ἐμῶν ἀείρας,
ὅπως σωθεὶς ὑμνήσω
ἐμέν σε ὄνπα πλάσην.
νόσων ἐμῶν ἀκεσὴν
ῥύσην βροτῶν τε πρῶκα.

Τῦ αὐτῦ πρὸς τὴν ἑαυτῦ ψυ-
χὴν παραινετικὸς κέίτ@.

Ἕ"ως τίν@ γλυκασμῦ
ἀγεύσεαι θεοῖο
ψυχὴ ἐρυὴ κρατῆρ@;

Et quis ſcit, an' ne in ipsâ
Infirmitate robur
Tuum meâ impleatur?)
Tu, inquam, meo huic dolori,
Si vis, potes mederi.
Salutifer mihi ad ſis
Pæon, meæq́; menti,
Meæ & precationi,
Omni & meo labori:
Vt liberatus, hymnum
Tibi accinam perennem,
Qui plaſta me creaſti,
Medicusq́; mî extitiſti
Morbos fugans acutos:
Hominum genusq́; gratis
Seruas redemptum ab orco.

HYMNVS III.

Ad ſuam ipſius animam exhortatorius.

QVo vſq;, Mens, quo vſque
Guſtare pocla differs
Diuina, dulciora
Fauo atque nectare omni?

ἐξ ὧν βρύουσι πηγαὶ
περιπνεῶν ἀεὶ πρεφόντων
χαρισμάτων ἐκείνης
ὅσοι βίου μαπαίου
μακρὰν φυγόντες, ἁγνὸν
ὠκυπέρῳ μθυοινῇ
εἵλοντο σῶμα πεύκῃ,
πρύγοντες ἐγκρατείᾳ,
χαμευνίῃ θλίβοντες.
πόνοισί τε παπῄνὸν
ἐκδοσίοις πιθέντες,
ἅπαχθ' ὅπως φρύαγμα
μὴ πρὸς νόον γ' ἐπαίρῃ,
καθέλκον εἰς ἑαυτὸ
ἀσυμφόροις ῥοπαῖσι,
λάχεν καθέδραν ὅσις
ἀνωτέραν, θαμάζειν
σκρτήμαθ' ὥστε τᾶτα,
διαπήνῖε ὀιακίζειν
ξυναρίθμια πλανήτων

Vnde

Vnde vsque & vsque manat
Fons limpidus bonorum,
Origo gratiarum,
Hos vsque nutrientum,
Qui euanidâ atque inani
Vitâ hac procul relictâ,
Sanctum parare corpus
Student, & eleuare
Ad alta, mentis alis,
Humi-cubatione
Fractum abstinentiáque,
Laboribusqúe spontè
Obitis sibi subactum:
Ne fors inordinato
Et insolente fastu
Menti recalcitrando
Sublime id efferatur,
Ne noxió ve motu
Deturbet hanc throno alto,
In quo locata degit,
Vt perdomet suâ vi
Recalcitrationem &
Exorbitationes,
Duplicem regatqúe bigam

Λυσηνίων τε ἵππων,
πειθήνιόν τε ἴχειν,
ὑπηρέτην θ' ἑαυτῷ,
πρὸς βελτίωσιν ἄκραν.
καὶ λλη φύσ ἐνόησα
ὁρᾶν τε τῇ ἑαυτοῦ.
ὅπως πέλων θεοῖο
εἰκὼν, ὁμοίιός τε
μετασίη λόγοιο
ὑπερτάτοις νόοισιν,
ἀμήχανόν τι κάλλος,
ἄφθαρτον ἠδὲ μοῖρα
ὕλη εἰς ἕν γ' ἰοῦσα.
τρέφῃ θ' ὅπως ἑαυτὸν
εἰς κόσμον ἀστρολαμπῆ.
ἄστρων νοῇ χορείην,
πρόλοιό τε κυκλισμούς,
στέλας μέγ' ἠλίοιο,

Errore

Errore contumaci
Ruentium huc & illuc
Equûm, ſuisqúe habenis
Reddat mage audientem
Faciens ſibi miniſtram,
Obeundo vt imperata
Melior ſubinde fiat:
Videatqúe, pulcritudo
Quanta indolem eius ornet.
DEI vt ſupremi imago
Sit, Mentibus beatis
Similisq́, particepsqúe
Intelligentiæ, atque
Rationis: arte mirâ
Pulcerrima illa, & expers
Corruptionis omnis,
Cum mole corporali
Vnita pars cui ſit:
Vertatqúe ſeſe in altum,
Vbi lucida aſtra fulgent:
Animo impigro reuoluens
Et aſtricas choreas,
Gyros Poli Cycloſq́,
Magumque Solis orbem,

καὶ νυκτίφοιτον ἄϊγλίω
μήνης ἐϋδρομίσης·
θάλασσαν ἠδὲ γαῖαν·
τὴν μὲν φέρουσαν ἰχθῦς,
ἀυτάρκετόν τι ὄψον,
καὶ κήτεα πολέοντα,
τὴν δ' ἤτε φέρουσαν αὖθις
καρπῶν γονῇ πολιοῦ
παντοίῃ φυτῶν τε
ἅπαν γένος χερσαῖον,
πεζόν τε καὶ πετεινὸν,
ἄμπαυμά τι κεράτιξον.
ὑμνῇ δ' ἄνακτα πάντων
ῥέκτην ἀγαστὸν αὐτῶν,
σοφόν τε δημιοῦργόν.
ἔνθεν δ' ἴχνος νοητὸν
κινῶν, φάος καταθρῇ,
ὅσον γ' ἔην ἐφικτὸν,
ὅσον δίδωσιν ἁγνὴ

Facem-

Facemqúe noctilucam
Phœbes, iter tenentis
Rectum: & mare, atque terram:
Illud vehens sinu amplo
Mutum genus natantum,
Magnum simulq; paruum,
Opsonium capi aptum,
Vnáque magna Cete:
Hanc fructuum feracem
Omnis modi atque formæ,
Quibus illa liberale
Conuiuium instruendo
Auimalium omne pascit
Genus, volantiumqúe
Calcantiumqúe terram:
Genuina quæ est voluptas.
Superûm canatqúe Regem,
Sapientem & Architectum,
A quo hæc creata cuncta
Seruant suum tenorem.
Hinc porrò eundo mente,
Quà detur atque fas sit,
Lustrare lumen illud
Contendat, in Deo quod

μῦστις

μύσις θεῦ μέροψιν,
αὐτοσύποιο πατρὸς
βλάστ' ἀρηπογενῦς,
καὶ πνεύματός τ' ἀγητῦ,
μορφῆς μιᾶς τριῶν τε·
νοῆ λόγους πεφνόισης,
μυστηρίων τε πολῦπον,
ἐξαισίων τε ἔργων,
ὧν χρηστότης ἄμετρος
πλέδειχε κοσμοσώστυ
εἰς πᾶν γένος βροτόφον.
ἀποσκοπῆ ἢ κόσμυ
τύτυ τροπὴν ἔπειπε
εἰς βελτίω ἄμφιψιν.
ξύμπαν τε πρὸ πρόσωπυ
γένος βροτῶν δικάσῃ,
ὅσον δίκαιον ἔσχεν,
ὅσον τε τῆς κακίστης

Morta-

Mortalibus relucet:
Patrisqúe ſemet orti,
Sed verò nemine orti,
Natiqúe Patre miro
Modo inexplicabiliqúe,
Et Spiritus verendi:
Trini Dei vniusqúe.
Perluſtret & Pronæam,
Opulentiamqúe ſacram
Myſteriorum, & omne
Operum genus bonorum,
Benignitate mirâ
Homines quibus beauit
Seruator ille mundi,
Promptus iuuare cunctos,
Luſtret debinc nouandi,
Meliora fata mundi,
Seriem nouamq; rerum:
Ad iudicis tribunal,
Vultusq; ter verendos.
Genus omne quando ſtabit
Mortalium renatum:
Tàm qui fuêre iuſti
Quàm qui impij fuêre,

μοίρας

μοίρας, ὅπως κατ' ἔργα
νομὴν δικαίαν ἕυρῃ·
πυρὸς δὲ τἄπο ἕξῃ
ἀλγεινὸν αἰὲν εἶδαρ,
λήγοντ' δὲ τυτθὸν,
αἰῶνι παρμιμνόντ'.
κεῖνο τευφὴν δ' ἄληκτον,
θείαν τ' αἰὲ ἀγωγὴν,
θεωρίαν θεῶν τε,
ἣ βέλτιον τίς οἶδε;
ταῦτα τευφὴ νόοιο,
ἥδυσμά τε κράτιστον,
σωτήριόν τε γεῦμα
τοῖς εὖ βιῶν ποθῆσι,
κατ' ἀξίαν τε τύτθ.
ὅσοι τευγὸς δὲ οἴνᾳ
παίζαντο γεῦσιν οἰκείῳς
ποτηρίᾳ ἀνύδρᾳ,
κακῶς δεδορκότες γῆν,
καὶ σῶμα εὐπαθοῦντες,
βακχεύμασίν τ' ἀνάγνοις

Vt quisque, quod merentur
Facta ipsius, reportet
Retributione iustâ:
Quando impij flagrabunt,
Miseranda pabula ignis,
Qui non remittet vnquam;
Sed viuet omne in æuum:
Iusti at Deum videbunt
(Quo quid magis beatum est?)
Æuoque sempiterno
Et gaudijs fruentur,
Quæ terminanda nunquam.
Hic gustus est salutis:
Hæc mentis est voluptas,
Recreatioque, qua non
Melior dari vlla possit,
Queis vita verè initur
Ex dignitate mentis.
Qui verò fæculenta
Vina hauserint, meraca
Bibendo pocla, terram
Prono tuente vultu,
Et farciunt saginâ
Corpus, suæque mentis

ἀγνὸν ἀπὸ λιβάνοιο
πλερὸν, κάτω βρίθοντες
ἀπὸρον διὰ λιβὸς πέτρας,
τετρημένῳ πίθῳ τὲ
ἀνὶ λιβὸς νᾶμα πικρὸν,
ἠδ' ἀϊθέρ' ἐκποθέοντι.
τί δ' ἂ τὸ χεῖρον εἶπω;
ἐτώσιον μὲν ἄχθος
ὧδε φέρουσι πάντως,
καὶν μαινάδι λιπαίνῃ
λαμπὸν χολὴ ἰώδης,
μόρον φέρουσα ἡδὺν,
καὶ τέρψιν ἀκριαίαν.
μοχθηρὰ τὰ πρόσω δὲ
τίς κεν λόγῳ κατείποι;
τί σοὶ θέλοις γενέσθω,
ψυχὴν ἐμὴν ἐρωτῶ,
μοίρας τίνῳ δὲ τλήμων
αἱρήσεαι καλεῖσθαι;
ἄποι γ' ἔλοιο λοιπὸν
ἀντ' ὀδυνὸς τὰ κρείσσω,
μύοντά τ' ἀντὶ θνητῶν,
πόλον τε ἀνὰ χαίης;

Alas

Alas grauant premuntqúe,
Vt concidant deorſum,
Saxisq; ſemina indunt,
Fundo & carente vaſe
Potum hauriunt amarum,
Cœlum impiè & laceſſunt:
Quid peius hiſce dicam?
Hi terræ inane pondus
Ferunt, graues ſibi ipſis:
His guttur impium vſque
Viroſa bilis vrit,
Dulcore falſo adimplens
Blandâ enecatq; morte.
At quæ debinc ſequentur
Tormenta, quis profetur?
Quid quæſo concupiſcis
Fieri tibi, mea ò Mens?
Age, dic mihi: harum ab vtra
Te ſtare parte malis?
Meliora nonne præfers
Peioribus? Polum ne
Dubitas ſolo anteferre?
Nonne eliges deinceps
Æterna præ caducis?

κἂν μυρίας σὺ μέλλῃς
ὁσημέραι στενώσῃς
ἀλγηδόνας τε ὄισθεν,
τήκῃσί θ' ὅσα ζάρκας
πείρατρα δαιμονώδη,
ἷς σε κλονεῖν τοπάζει·
ἕλκῃ τε ἐξορίζῃν
ἐνταλμάτων μελιχρῶν·
ἀιωνίῳ τε ἄϊγλῃς,
δράκων ἀεὶ κακόφρων.
καλῶς γὴ σὺ φρονεῖς,
χρειστόν τ' ἔχῃς φρενὸν·
δεσμός τε τῶδε ῥήξῃς·
χὴ πυρφόρους ἐνέδρας
πυρὰν σθένεος ἀλῶν τε·
χὴ ἡδονῶν ἀσέμνων,
καὶ βορβορῶδες ἅιμα
ἀσωλίης ἀνάγνου.
τί γὰρ βίῳ γ' ὁ τῇδε;
ὄναρ διδράσκον ἐυθὺς·
καπνός τε ἠχύφεσως·
ἴνδαλμά τε σκιῶδες·

Tibi

Tibi licet ferenda
Afflictio indies ſit
Numero carens modoqúe;
Carniqúe quidquid addat
Tentationis, ille
Malus Draco atq; Dæmon,
Dum te gradu mouere
Satagit, Deiqúe verbo &
Exterminare iuſſis,
Et luce ſempiterna.
Tu, mens mea, euge verò
Sapiens benè atque rectè,
Ope freta, tuta, Chriſti,
Cuſtodiáque fidâ,
Eiuſq; vincla rumpes,
Ignita tela ſtinguens,
Cupidinumqúe flammas,
Impuritatem & omnem, &
Lutoſa probra cuncta
Aſotiæ pudendæ.
Namque iſta vita quid nam eſt.
Et ſomnium fug ax eſt,
Euanidusqúe fumus,
Vmbraticumq; ſpectrum,

καὶ ἴχνος᾽ ἀμιμνάζον.
πασῶν τε πολυθύτων
ἀκήρατον θεὸς ὄλβον
ζωῆς ἀεὶ μολόντος.
τούτης ἐλθὲ γενέθλης
κοινωνὸς, ὦ φίλη μοι
ψυχή, ὅσσως ἀνάρχῳ
σὺν πατρὶ κὴ λόγῳ τε
πνοῇ τε τῇ ἀχραάντῳ
ἐσομβρίοις χρόνοισιν,
εὐδαιμόνως βιώσῃ,
σήσης καλὴν χορείην
λῆξιν ποτ᾽ ἀνέχουσαν.

Τοῦ αὐτοῦ, εἰς ἑαυτὸν παραζόμενον ὑπὸ τοῦ πονηροῦ δαίμονος ἱκετήριος τέταρτος.

Κλύδων με, φεῦ, παραπλὴξ
πραχὺς πόθων ἀνάγνων,
καταιγὶς ἡδὲ δόνη,
κὴ πνευμάτων ἔπαρσις,
ὄγκον φέρουσα φύσης,
ζάλης φέρουσα πλῆθος,

Vestigium

Vestigium haud perennans,
Affectuumqúe turba,
Collata vitam ad illam
Beatitate plenam,
Opulentiâ refertam
Verâ atque sempiternâ.
Hanc, Mens mea, opta & ambi,
Et particeps stude esse
Illius, vt Patriqúæ,
Natoqúe, Spirituiqúe
Coniuncta semper, ævum
Beata in omne vivas,
Et desinente nunquam
Tripudies choreâ.

HYMNVS IIII.

Supplex, in se ipsum à malo Dæmone tentatum.

FLuctus me (heu) marinus
Cupidinum improborum
Agitat graui procellâ,
Elatioqúe mentis
Tumidæ ac nimis superbæ:
Tumultus vnde magnus

βυθῷ τε πολιοπτελάζει,
ὄλεθρον ἠδ' ἀπειλεῖ,
καὶ πότμον, ὃς κάκιστος,
θαλασσίῃ ἐν ἅλμῃ.
ἀργὴ δὲ πᾶζα τέχνη
ἡ ναυλιχῆς κατέσχη,
ἀμηχανεῖ δ' ὑπ' ἀνίης
καὶ οἰακας σαλεύων.
λιμὴν πάρεστι δ' ὀλίγοις,
καὶ πάντα νὺξ καλύπτει·
καὶ κρύπτεται σελήνης
φάος γαληνιαῖον.
ἄστρων σέλας δ' ἀπέσβη
ὄρφνης ἀμαυρότητι·
ἑλώδεις τ' ἀνέδραι πᾶσαι.
ἔπεισι γὰρ ὑπνοι,
καὶ λοιπός ἐστιν οἶτος.
τίπτε σφοδρὰν θυέλλην,
σάλον τε τῶν ἀήτων;

Existit, & profundo
Iam iamq́; deprimens me,
Extrema comminatur,
Mortemqúe, luctuosam
Præ ceteris, marinam.
Hîc omnis otiosa est
Ars nautica, atq; cessat,
Nec exitum inuenire,
Quatiat licet guberna,
Vllum valet: nec vsquam
Portus videtur vllus,
Terra aut videtur vlla.
Nocte omnia obruuntur,
Lúnæqúe noctiluca
Fax conditur tenebris:
Iubar omne nox & astris
Adimet polo restinctis:
Spesq; omnis auolauit.
Nauis magister ipse
Dormit: nihilq; restat
Nisi mors mihi oppetenda.
Cur, quæso, cum ista cernas,
Et tam graues procellas,
Tam noxiosq; ventos,

κυδοιμὸν ἠδὲ τόσσον,
καὶ ὀλκαδοθυσμὸν,
καὶ κίνδυνον ὃς ὅσσοιν
ψυχῆς ἐμῆς παλαίνης
ὄπυιοῖς ὀρῶν, ὀφιῶσσα;
ἤδη ποτ' ἐν θαλάσσῃ
πλοίῳ μικρῷ πλοΐζων,
μύσσοις ξυνῶν τε σοῖσι
δόμοις κλύδωνος ὥρῃ
ὕπνον γλυκύν τ' ἰαύων,
κραίζοντας ἠλέηζας,
τοῦτόν τε ἐκλιναίξας,
ἐκοίμιζας θάλασσαν.
ἠδὲ σφοδρὸς αἰήτας
χαληνιᾶν τε ποιεῖς
πνοιὴν αἰνὸν ὄιδμα,
κραίτῃ λόγῳ πεοῖο:
τί δὴ γόους ἐμοὺς τε,
ἄλγημα καρδιαῖον,

Rabiem

Rabiem marisq; tantam,
Vehementiam & tumulti,
Nauisq; mersionem,
Periculumque certum
Animæ meæ misellæ:
Cur, quæso, quando cernis,
Seruator, ista, dormis?
Tu nauigans & olim
Mare cum tuis, minuta
In naue, cum procella
Grauis, & feri tumultus
Incumberent, ab imo
Pelagusque concitarent,
Capiensque tum quietem,
Misertus es tuorum
Clamantium, atque somno
Oculis procul fugato
Mare sopijsti, & iras
Venti hinc & hinc ruentis
Compescuisti, & omnes
Ponti truces procellas,
Verbi tui vnius vi.
Quare ergò, cum eiulatum &
Cordis mei hunc dolorem, &

σεναγμὸν ἠδὲ θρήνους,
φωνὴν ὁμοῦ σιγήν τε
(τί γὰρ, μάκαρ, σὲ φεύγει;)
εἰδὼς, γελωνιῶζαν
ἄυραν τὴν πρασεῖαν,
πνοιῆς ἄημα τερπνὸν,
φασεοφόρον τε αἴγλην,
μακρὰν φέρεις τοσοῦτον
ψυχῆς ἐμῆς σωτῆρα;
ἢ λῦσεν εὐθὺς ὄρφναν,
καὶ πᾶσε βορβορώδη
χειμῶν' ἐμῶν λογισμῶν.
καὶ μοὶ ἔνεστι πίστις,
πᾶσα δὲ εἰ, τί θαῦμα;
αὐτὸς δίδου τὸ λεῖπον,
χορηγὸς ὢν ἑτοίμως.
ὠνείδισας σὺ τοῦτο
μύσταις ποῖς, ὅμως δὲ

Suspiria

Suſpiria hauſta ab imo,
Et lacrumas meas,&
Vocem meam & ſilentia
Noris, Beate (quid te
